* auctor refutat librum detestabilem, qui gallice ita inscriptus *l'état de l'homme dans le peché originel;* germanice autem: *phi-losophische vntersuchung von dem zustand des menschen in der erb-sünde*, MDCCXLVI. prodiit.

tes bey zurechnung des falles, Hildburghuſ. M
IO. IAC. PLITT in *der rettung der ehre g*
zurechnung des ſundenfalls vnſerer ſtammelter
MDCCLIV. 8. **

XIV. DE PECCATO

α.) de *peccato generatim*

AEGID. HVNNIVS in *articulo de peccato*
ra ſacrae fundamentis exſtructo, Vitemberg.
GEORG. CALIXTVS, cuius *tractatus diuerſi*
vnum volumen congeſti a *Frider. Vlric. Calixt*
MDCLIX. 4. lucem viderunt: * IO. DAV. MI
den gedancken vber die lehre der heiligen ſchrif
de, als eine der vernunft gemaeſe lehre, Hambur
Præter ſcripta hæc, habentur diſſertationes:
NI de *peccato in genere et ſpecie:* ** REISE
definitione: TITII de *peccato eiusque differen*
KORTHOLTI de *peccato in genere:* DEVTSC
peccati natura, vna cum MVSAEI *theſibus de*
quæſtionem: quænam ſint cauſſæ peccatorum
in illis numerari poſſit? explanandam ſtudia
runt: GEORG. DEDEKENNVS in *tractatu*
cauſſis, Francofurt. MDCXI. 8. THEODOR.
conſideration. quaeſtionis controuerſae: an deus ſi

[redacted]

BALTHASAR. Speciatim commentati ſunt: BALTH. MEISNERVS de *eo, an peccatum originis formaliter ſit aliquid poſitiui?* * IO. NICOL. QVISTORPIVS de eadem quæſtione: *an peccatum originale ſit mere priuatiuum*. Roſt. MDCLXXXV. IO. OLEARIVS de *ſubiecto immediato peccati originalis*, Lipſ. MDCXCIV. IO. FRANC. BVDDEVS de *anima, ſede peccati originalis principali*, Ienæ MDCCXVIII. ** IAC. SIGISM. BAVMGARTENIVS de *propagatione et gradibus peccati originalis*, Hal. MDCCXLV. IO. SCHMIDIVS de *peccato originali, gentilibus ignorato*, Lipſ. MDCLXXXIV. Præter hos, vti alii in argumento hoc illuſtrando verſati ſunt; ita CHRIST. MATTH. PFAFFIVS duabus diſſertationibus *vindicias dictorum veteris et noui teſtamenti de peccato originali*, Tubing. MDCCXXVII. XXVIII. dedit. De iis, quæ in certamine Flaciano de peccato originis diſputata atque in lucem emiſſa ſunt, ea nunc conſulto taceo, quum iſta ad ſcripta controuerſiarum theologicarum pertinent.

geist, Hamburg. MDCCXLII. 4.* CROMIVS, vt sententiam suam tueretur, edidit: *vntersuchung der neuen meinungen von der sünde wider den heiligen geist*, Lemg. MDCCXLIII. 8.** ac CHRISTIAN. LVDOV. OBBARIVS iuris publici fecit: *ausfuhrliche erœrterung der frage: ob die pharisæer, als sie den heiligen læsterten, von der wahrheit der lehre iesu vnd dass er der messias sey, vberzeugt gewesen sind; oder nicht?* Ienæ MDCCXLIII. 8. atque se ab opinione Rathlefii alienum esse, itidem professus est.*** Alia de peccato in spiritum sanctum scripta habentur eaque: GEORG. BVRCHARDI *von der wahren beschaffenheit der sunde wider den heiligen geist*, Ien. MDCCXXXVI. 8. DAV. SIGISM. BOHNSTEDTII *von der sunde in den heiligen geist*, Lips. MDCCXXXVII. 8. BENIAM. BIELERI *betrachtung der læsterung vnd sunde wider den heiligen geist*, Hamburg. MDCCXLIV. 4. GOTTLOB. FRID. GVDII *schediasma de peccato in spiritum sanctum*, Hamb. MDCCXLIV. 4. quo Wincklerus contra Cromium defenditur: * EBERH. DAN. HAVBERI *betrachtungen vber die vnuergebliche sunde; oder die læsterung wider den heiligen geist*, Lemg. MDCCXLVI. 8.** anonymorum: *discursus theologico-philolog. nouam sistens hypothesin de peccato ad mortem; seu in spiritum sanctum ex 1. Ioann. v, 16.* Lips. MDCCXLVII. 4.*** *obseruationes, quibus ostenditur, perseuerantiam finalem non esse peccati in spiritum sanctum partem essentialem*, contra Carpouium, Wismar. MDCCXLVII. 4* *schriftmæsige gedancken von der sunde wider den heiligen geist*, Ien. MDCCXLIX. 4. BERNH. CHRISTIAN. KOSEGAR-

* *nachr. von den neuesten theolog. buchern, vol.* II. p. 432. *nou. act. erudit. supplement. tom.* V. p. 238. *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1743. p. 143.

** *ibidem* p. 156.

*** vide TRINII *beytrag zu einer geschichte beruhmter vnd verdienter gottesgelehrten auf dem lande* p. 522. sq. *fruh aufgelesene früchte der theol. samlung von alten vnd neuen* 1735. p. 20. *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1743. p. 156. 1745. p. 722. *nachr. von den neuesten theol. buchern vol* III. p. 708.

* *saml. von alten vnd neuen theol. sachen*, 1744. p. 300.

** KRAFTII *theol. biblioth. volum.* I. p. 218.

*** *nachrichten von den neuesten theol. buchern, vol.* VI. p. 602.

* KRAFTII *theolog. biblioth. vol.* III. p. 250.

TENI *vberzeugende erklærung der ſunden wider des menſchen ſohn vnd wider den heiligen geiſt*, Roſtoch. MDCCLI. 8.* Idem argumentum in diſſertationibus enarratum eſt, quas in lucem protulerunt: HEERBRANDVS, AFFELMANNVS,** COTHMANNVS, WEINMANNVS, ZIEGRA, FEVRBORNIVS, *** SCHERZERVS, * IO. MEISNERVS, IO. ADAM. OSIANDER, IO. MVSAEVS, DEVTSCHMANNVS, CHR. TOB. WIDEBVRGIVS, FOERTSCHIVS, IO. FRID. MAYERVS, KOEPPENIVS, MOSHEMIVS, IOACH. LANGIVS, BAVMGARTENIVS, IO. ERN. SCHVBERTVS. Quum GVSTAV. GEORG. ZELTNERVS epiſtolam ad Io. Andr. Danzium de *peccato in ſpiritum ſanctum et deſcenſu chriſti ad inferos*, Norimb. MDCCIV. 4. edidiſſet atque adfirmaſſet, peccatum hoc iudæorum proprium fuiſſe, MICH. LILIENTHALIVS, præſide QVISTORPIO munitus, aduerſus eum diſputauit ſimulque Petro Zornio de eadem re contradixit, Roſtoch. MDCCIX.** adde GOTTL. FRID. GVDII epiſtolam ad Wincklerum *de eo, quod circa theo-*

[redacted]

da est: IACOB. CARPOVII *illustratio apologetica peccati in spiritum sanctum atque incredulitatis finalis, tredecim speciminibus comprehensa*, Ien. MDCCL. 4. Complectitur illa defensionem eorum, quæ antea vere tradiderat de peccato in spiritum sanctum aduersus Engelstrœmum et Hartmannum.

δ.) de *variis peccatorum actualium generibus speciatim*

HERMANN. CHRISTIAN. ENGELKENVS in *scrutinio peccatorum clamantium et non clamantium*, Rostoch. MDCCXXV. CHRIST. AVG. HEVMANNVS disputatione de *peccatis clamantibus:* * IO. FRANC. BVDDEVS de *peccatis typicis*, Ien. MDCCVI. ** IVST. FEVRBORNIVS de quæstione: *an in infantes actualia cadant peccata?* *** IO. MEISNERVS de *peccatis actualibus infantum*, Vitemb. MDCLIX. * MELCHIOR ZEIDLERVS, qui de eadem re exposuit, Regiom. MDCLXIX. Alii docent, qualia sint fidelium peccata, hucque spectant commentationes: QVENSTEDTII de *peccato post baptismum adhuc reliquo in renatis:* FRIDER. VLRIC. CALIXTI de *renatis ex deo, an peccent?* QVISTORPII et KIESLINGII de *renatorum ἀναμαρτησία*. De *peccatis post mortem commissis* SCHELVIGIVS edidit dissertationem, Gedan. MDCCVIII. FR. PETR. TACKIVS autem singularem librum, germanice compositum, *von den sunden der menschen nach dem tode*, Guelpherb. MDCCXXXII. et cum accessionibus, Lipsf. MDCCXXXVII. 8. qui et opusculum, itidem lingua germanica ac titulo: *schriftmæssige betrachtung der schooß vnd busen sunde*, Lips. MDCCXXXVI. 8. iuris publici fecit. De actionibus prauis, quæ a plerisque tales esse, non putantur, ex instituto commentati sunt: CHRISTIAN. GERBERVS, PHILIPP. IVLIVS TOPPIVS,

* inuenienda illa est in eiusdem *sylloge dissertationum tom.* 1. *part.* 3. p. 509.

** exstat cum in eius *syntagmat. dissertat. theologicar.* p. 287. tum *miscellaneor. sacror. part.* 1. p. 209.

*** comprehenditur *fasciculo* eius *secundo dissertationum theologicar.* edito Gieß. MDCXVIII. 4. et Marpurg. MDCXLII. 8. atque oper. eiusdem *theolog.* p. 211.

* continetur quoque eiusdem *fasciculo disputationum theolog. num.* 3.

PIVS, IO. GEORG. PALMIVS, CHRIST. TIMOTH. SEIDELIVS, CAROL. GOTTLOB. HOFFMANNVS in libris, quos, germanico sermone scriptos, in lucem emiserunt, *von den vnerkanten sunden der welt.* Peccata inter se haud aequalia esse ac gradibus differre, monstratum est in dissertationibus BAVMGARTENII de *gradibus peccatorum*, Hal. MDCCXXXVI. et TELLERI de *inaequalitate peccatorum*, Lips. MDCCXLI. quibus subiungas CHR. LEBR. MVLLERI commentationem de *ordine diuersisque peccati gradibus*, Soltquel. MDCCXXXII.

XV. DE LIBERO ARBITRIO

MART. LVTHERVS libro de *seruo arbitrio*, contra Erasmum, primum Vitemb. MDXXV. 8. edito: deinde saepius cum separatim: tum coniunctim cum aliis Lutheri scriptis recuso: a Iusto Iona germanice conuerso, MDXXVI. et ab adcusatione, Lutherum in eo consentire cum reformatis; aut eorum prauae doctrinae de absoluto decreto [redacted]

homine, Lipſ. MDCVIII. 4. THEOD. THVMMIVS, cuius *diſputationes de libero arbitrio*, Francof. MDCXXI. 4. exſtant. Scriptis his adiicio diſſertationes: POLYCARPI LYSERI de *libero arbitrio*, Lipſ. MDCXXII. IO. QVISTORPII de *viribus liberi arbitrii*, Roſtoch. MDCXLV. BALTH. CELLARII de *libero arbitrio*, Helmſt. MDCLII. IO. ANDR. QVENSTEDTII de *ἀδυναμίᾳ virium hominis irregeniti in ſpiritualibus*, Vitemb. MDCLXVI. GER. TITII de *viribus humanis; ſeu libero hominis poſt lapſum arbitrio*, Helmſtad. MDCLXX. CHR. FRANCKII de *libero arbitrio*, Kilon. MDCLXXXIII. HECTOR. GOTTFR. MASII de *libero arbitrio:* * GEORG. FR. SCHROEERI de *viribus peccato primo amiſſis*, Vitemb. MDCCXIV. item CHR. MATTH. PFAFFII *dilucidationes de libero hominis arbitrio*, Tub. MDCCXXVII. 4. ac *vindicias dictorum noui teſtamenti de libero arbitrio*, Tubing. MDCCXXVIII. et IO. CHR. KLEMMII *apologiam doctrinae de ſeruo arbitrio*, Tubing. MDCCXXX.

XVI. DE GRATIA DEI

NICOL. HEMMINGIVS *tractatu de gratia vniuerſali*, Francof. MDLIII. Hafn. MDXCI. Gieſ. MDCXVI. 8. cuius etiam *breuis repetitio doctrinae de vniuerſali gratia*, Hafn. MDXCV. 12. exſtat: ABR. CALOVIVS, qui reliquit commentationem de *gratiae dei vniuerſalitate ad ſalutem*, Vitemb. MDCLVII. IO. MAVKISCHIVS *exercitationibus de vniuerſali gratia*, Dantiſc. MDCLXII. MDCLXVII. 4. IO. HENNICHIVS de *gratia et praedeſtinatione*, Rintel. MDCLXIII. 4. IO. CONRAD. FEVERLINVS in ſcripto *von der allgemeinen gnade gottes*, Norimberg. MDCXCVII. 8. IOACH. LANGIVS, qui duos, huc ſpectantes, libros edidit: alterum: *euangeliſche lehre von der allgemeinen gnade, aus der heiligen ſchrift mit beyſtimmung der geſunden vernunft grundlich erwieſen und hernach wider die einwurfe gerettet*, Hal. MDCCXXXII. 8. quam primam editionem aliaeque auctiores ſequutae ſunt: alterum: *feſter grund der euangeliſchen hauptlehre von der allgemeinen gnade gottes*, Hal. MDCCXXXV. 8.* item

* conf. *deutſche acta erudit. tom.* XV. p. 148. *tom.* XVII p. 303. *auserleſene theol. biblioth. tom.* VI. p. 313. *tom.* VII. p. 313. *ſamlung*

item auctor *des beytrags zur lehre von der allgemeinen gnade*, cum præfatione *Io. Reinh. Rusii*, Ien. MDCCXXXVI. FORSTMANNVS in *der lutherischen lehre von der allgemeinen gnade gottes grund, gewisheit vnd schœnheit*, Lipf. MDCCXLVI. 8. ANDR. ARNOLD. GOSSELIVS in *der richtigen mittelstrasse in der gnadenlehre der euangelischlutherischen kirche*, Hal. MDCCXLVII. 8.* IO. SCHLEEFFIVS in *dem vberzeugenden vortrag von der allgemeinen gnade gottes*, Rostoch. MDCCXLVI. 8.** Præter hos, multi alii in doctrina hac explananda vindicandaque operam suam posuerunt, atque in primis probarunt, illam esse vniuersalem. Pertinent ad horum numerum: ISAAC. FAVSTIVS, IO. ERN. GERHARDVS, BAIERVS, WEGNERVS, SCHROEERVS, WEIDNERVS, quorum dissertationes de *vniuersalitate gratiæ dei* ad nos peruenerunt; neque non CHR. MATTH. PFAFFII *vindiciæ dictorum noui testamenti de gratia diuina vniuersalitate*, Tubing. MDCCXXVI. et MICH. FOERTSCHII [redacted]

BROS. REVDENIVS libro de *christo*, Ienæ MDXCII. 8. * MICH. SCHAEFFERVS *tractatu de vnione personali*, Tubing. MDCVII. 8. et duabus disputationibus de *persona christi et communicatione idiomatum*, ibid. MDCI. NICOL. HEMMINGIVS *demonstratione indubitata veritatis de domino iesu, vero deo et homine*, Hafn. MDLXXI. 8. ** LEON. HVTTERVS *disputationibus de persona christi*, quæ Vitemberg. MDCVIII. 4. prodierunt: BALTHASAR. MEISNERVS, cuius exstant *christologias sacræ disputationes quinquaginta*, Vitemberg. MDCXXIV. 8. et MDCLXXIII. 4. IVSTVS FEVRBORNIVS, præ aliis loco hoc memorandus ob disputationes de *christo*: *** IO. CONRAD. DANNHAVERVS in *christosophia*, Argentorat. MDCXXXVIII. 8. DAN. HENRICI in *christologia orthodoxa*, Lips. MDCXLVII. 4. PETR. HABERKORNIVS, qui scripsit *christologiam; seu tractatum de persona christi*, Gies. MDCLXI. et iterum MDCLXXI. 4. GEORG. CALIXTVS *fasciculo programmatum et dissertationum de persona christi, domini et seruatoris nostri*, Helmstad. MDCLXIII. 4. IO. GEORG. DORSCHEVS, qui in lucem edidit: *admirandorum iesu christi septenarium, in quo eius natiuitatis, passionis, mortis, regni arcana exponuntur*, Argentor. MDCLXXXVII. 12. IO. WOLFG. IAEGERVS in *articulo de christo sponsore*, Tubing. MDCCXIV. 4. Præter dissertationes de christo eiusque persona ANDREAE, GEORG. MYLII, THVMMII, CALOVII, CHRISTIANI CHEMNITII, CVNDISII, TOB. WAGNERI, DEVTSCHMANNI, præterque IOS. STEGMANNI *christognosiam*, Lips. MDCLXXXIX. 4. et huc referri debent: SEB. SCHMIDTII *lehre von christo*, Luneburg. MDCLXXXVIII. 12. vbi illustrantur, quæ de seruatore nostro in augustana confessione tradita

---

* *samlung von alten vnd neuen theol. sachen*, 1734. p. 216.

** delata est in eiusdem *opuscula theologica*, Geneu. MDLXXXVI.

*** continentur illæ cum *fasciculis dissertationum theologicarum*, quos FEVRBONIVS diuerso tempore edidit, iisque exposuit de christi hominis apud creaturas omnipræsentia: de eius passione salutifera: æterna deitate: morte, resurrectione, sessione ad dextram dei patris gloriosa, intercessione; tum *syntagmat. sacrarum disquisitionum*, vbi de vniuersali christi merito: de christo, nostro apud deum patrem aduocato agitur. Vtraque scripta, *fasciculi* pariter ac *syntagmata*, sunt in *operibus* eius *theologicis*. Prodierunt quoque illius *disputationes de christo* coniunctim. Gies. MDCXXIX. 4.

dita sunt: IO. PHILIPP. FRESENII *betrachtu*
von christo, Zullich. MDCCXLIII. 8. IO. ERN. SC
dancken von dem erlœser der menschen, iesu c
MDCCLII. 4.* Diuersæ nostrorum theologorun
doctrina de christo conciliantur in CASPAR.
consensu orthodoxo; siue harmonia ecclesiastica in
Vitemb. MDCXCVIII. 4.

β.) de *duabus christi naturis harumque vn*
personali.

TILEMANN. HESHVSIVS in *tractatu de d*
in christo earumque vnione hypostatica, Magdeb
MART. CHEMNITIVS libello *de duabus natur*
de hypostatica earum vnione: de communicatione
aliis quæstionibus inde dependentibus, qui cum se
MDLXXX. Ien. MDXCI. 4. et sæpius; tum con
eiusdem *locis theologicis* in lucem editus est:
NECCERVS de *hypostatica naturarum in christo*
MDLXXXI. 8. IO. AFFELMANNVS de *vnione du*
sto naturarum hypostatica, Rostoch. MDCXVI. 4.**
DORSCHEVS de *vnione hypostatica duarum natur*
sto, Argentor. MDCLI. quod argumentum etia
est in dissertationibus: HENR. WIDEBVRGII d
rum in christo naturarum hypostatica: IO. ANDR.
TII de *christo, secundum humanam naturam per*
Quod speciatim ad diuinam christi naturam at

[redacted]

O. BEHMIVS, MARTINI, MICHAEL WALTHERVS, FR. VLRIC. CALIXTVS, FAVSTIVS, BERN. VON SANDEN, CARPZOVIVS, CHRISTOPH. FRANCKIVS, IO. LAVR. PFEIFFERVS, RAMBACHIVS, ROLLIVS, CHRIST. WEISIVS, PAPKEIIVS, FRICKIVS.* Omnes hi disputarunt de christo, vero deo. Eorum, quae ad humanam eius naturam pertinent, varia argumenta itidem explanata habemus in scriptis, singulari opera elaboratis, cuiusmodi sunt: CHRIST. MATTH. PFAFFII liber de *impersonalitate et perpetuitate humanae christi naturae*, Tubing. MDCCXXII. 4. disputatio de *vera christi humana natura*, quam IO. CHRIST. PFEIFFERVS, me praeside, Ien. MDCCXXVIII. habuit: IO. FRID. MAYERI dissertationes: *utrum christus fuerit in lumbis Adami peccantis*, Vitemberg. MDCLXXXVI. et *utrum non fuerit infra maiestatis diuinae dignitatem, naturam induere humanam*, Gryphisw. MDCCIII. IACOB. CARPOVII commentationes de *stamine humanitatis christi*, Ien. MDCCXLI. *psychologia sacratissima de anima christi hominis*, Ien. MDCCXXXVIII. 8. ac *de neganda anima christi praeexistentia*, Francof. MDCCXL. 4.** LAVR. HAGEMANNI *strictura in dissertationem anonymi*, *animam christi in caelo fuisse*, *priusquam cum corpore coniungeretur*, Hannou. MDCCXL. 8*** De facie christi eiusque forma legendi sunt: IO. FECHTIVS *exercitatione de forma faciei christi*:* BERN. VON SANDEN dissertatione de *pulcritudine corporis christi*, Regiomont. MDCCXI. PAVLL. BORNACIVS in *den gedancken vber die leibliche gestalt iesu*, *so er in den tagen seines fleisches gehabt*, Vratisl. MDCCXVII. 8. De incarnatione verbi videantur: dissertationes VARENII, HENRICI,

* in eius *meletematibus variis* est p. 349. vberior atque erudita dissertatio de *verbo*, *aeterno dei filio*, ad initium euangelii Ioannis, quod et ab aliis illustratum ac vindicatum fuit.

** *samlung von alten und neuen theolog. sachen*, 1740. p. 467.

*** *ibidem* 1740. p. 626. Dissertationem, cui scripta haec opposita sunt, postea commemorabo inter singulares reformatorum libros dogmaticos de christo, vna cum reliquis, quae contra eam disputata sunt.

* vide eius *noctes christian.* p. 359. Opposita est FRANC. VAVASSORIS libro de *forma christi*, qui in eiusdem *operib.* p. 317. habetur: adde CYPRIANI *programm.* p. 88.

RICI, SEBAST. SCHMIDTII, QVENSTEDII, DI MANNI, IAEGERI, ac IAC. HENR. BALTHASARIS *der menschwerdung christi*, Gryph. MDCCXXXII. scripserunt: PETR. HABERKORNIVS de *concepti* Giess. MDCLXIX. IO. HVLSEMANNVS de *genealogia et natiuitate christi*, Lips. MDCLII. IO. FRID. MAI *deus non statim post lapsum fuerit incarnatus?* Kiloe WVRFFELIVS de *eo*, *quod in conceptione et na christi naturale et supernaturale:* MICH. WALTH *dissimilitudine ortus nostri et christi hominis*, V MDCXC.* CASP. POSNERVS de *singularibus et quae in christi conceptione euenerunt*, Ien. MDC FECHTIVS de *massa*, *ex qua christus natus*, *praesen* stoch. MDCCVII. SAM. SCHROEERVS de *sanctifi minis Mariae in actu conceptionis christi*, Lips. MD GOTTL. STOLZIVS de *praeseruatione massae*, *ex q nasci debuit*, Waldenburg. MDCCXI. MICH. WAL de *christi hominis ἀναμαρτησία*, Vitemberg. SIGISM. IAC. BAVMGARTENIVS de *necessitate di christi*, Hal. MDCCXL. GOTTL. WERNSDORFIVS *ceu sine exemplo homine.* ***

ιγ.) de *communicatione idiomatum.*

IO. MATTHAEI de *vnione personali et commu*

[redacted]

TINI de *communicatione proprii*, contra Keckermannum, Vitemberg. MDCXX. 8. HENRIC. ECKARDVS, qui *tractatum de communicatione idiomatum*, Lipf. MDCXXXIII. 8. edidit: PETR. HABERKORNIVS in *tractatu, quod omnes illi, qui communicationem naturae et proprietatum in christo negant, meriti christi infinitam vim et efficaciam solide et vere adserere; aut defendere non possint*, Gief. MDCLIV. 4. Ex iis, qui doctrinam hanc ad difputationes publicas propofuerunt, nominandi funt: MOERLINVS, RVNGIVS, GESNERVS, GERLACHIVS, BALTH. MEISNERVS, MISLENTA, HVTTERVS, BALDVINVS, FEVRBORNIVS, IO. ERNEST. GERHARDVS, NICOLAI, FAVSTIVS, NIEMANNVS, CALOVIVS, BEBELIVS, SCHERZERVS, FECHTIVS, IAEGERVS, HEBENSTREITVS, TRESENREVTERVS atque alii. Iam laudati auctores dogma de communicatione idiomatum generatim enuclearunt; non defuerunt tamen, qui induftriam ad quaedam illius argumenta fpeciatim explananda adhiberent. Difputarunt enim: IO. FRID. MAYERVS de *omnifcientia exinanitae carnis christi, nihil ignorante*, Gryph MDCCVII. ISAAC. FAVSTIVS de *communicata iesu christo fecundum humanam naturam fapientia*, Argentor. MDCLXVII. et de *communicata christo homini potestate in caelo et in terra*, MDCLXVIII. BALTHAS. MENZERVS de *dicto christi: data est mihi omnis potestas*, Gief MDCXI. In primis de omniprafentia chrifti, vt hominis, multa litteris tradita atque in lucem emiffa funt; quum tamen pleraque magis polemicorum; quam dogmaticorum fcriptorum formam prae fe habent et ad controuerfias cum reformatis fpectant, non eft, quod in iis enarrandis iam nimis adcuratus fim. Satis eft, puto, fi quaedam tantum adduxerim: IO. BOTSACCI quippe *gymnafium christologicum domefticum, difputationibus* LXVIII. *pertractatum de ardua controuerfia omniprafentiae iefu christi*, Dantifc. MDCXXXVIII. et Francof. MDCLXIII. 8. differtationes IO SCHARFII de *maiestate carnis christi et eius praefentia*, Vitemb MDCLVIII. FR. RAPPOLTI de *praefentia carnis christi*, Lipf. MDCLXXIV. VALENT. ALBERTI de *omnipraefentia humanae christi natura*: IO. GVIL. BAIERI de *omnipraefentia christi fecundum carnem*, Ien. MDCXCI. IO. CHRIST. PFAFFII de *natura*

 christi

chriſti humanæ omnipræſentia in ſtatu exinanitionis, T
MDCCIX. CHRIST. MATTH. PFAFFII de *chriſt*
in cælo terraque ſimul præſente, Tubing. MDCCXXI
liqua generis huius ſcripta, eaque maxime pole
illorum loco recenſere, mihi animus eſt.

δ.) de *chriſti ſtatu exinanitionis*

ad quem fidei articulum præcipue pertinen
quibus theologi tubingenſes, gieſſenſes et ſaxonic
ſti ſtatu exinanitionis atque exaltationis inter
runt; quia autem ordinis ratio poſtulat, vt iſta in
controuerſiarum referam, ab illis recenſendis
neo et mentionem tantum facio diſſertationum
rum: IO. HVLSEMANNI de *ieſu chriſto exinani*
MDCLVI. ANDR. KVNADI de *exinanitione et*
chriſti, Vitemb. MDCLIX. CHRIST. KORTHOLTI
GVIL. BAIERI de *ſtatu exinanitionis chriſti*:
KOEPPENII de *ieſu chriſto exinanito*, Gryph. MD
addoque opuſcula: IO. FRID. WACHSMANNI *ab*
der lehre von der entæuſſerung chriſti, Rudelſt. MD
IO. LVD. STRAVBELII *abhandlung von der ent*
chriſti, ibidem MDCCLIV. 8. * et ANDR. GOTT
SCHII *vnterſuchung der lehre von der entæuſſerung*

[redacted]

schen leiden vnsers herrn iesu christi, Lipf. MDCCXLIII. 4. prodiit.* His adiungantur: IO. FRIDER. MAYERI disputatio: *vtrum passione sua christus sibi aliquid promeruerit?* et GEORGII NICOL. BLOCKSDORFII liber germanice scriptus, cuius titulus est: *der sohn gottes, vnser hoherpriester vnd erlœser in seinem leiden*, Rostoch. MDCCXXIII. 4. De sanguine christi commentati sunt: IO. FRID. KOEBERVS in *dissertatiunculis de sanguine iesu christi*, Dresd. MDCXCVII. 8. IO. MEISNERVS, QVENSTEDTIVS, HAFERVNGIVS dissertationibus de *sanguine iesu christi:* CASP. LOESCHERVS exercitatione de *incorruptibili sanguine iesu christi:* IO. GABR. DRESCHSLERVS in *quaestione: an vna gutta sanguinis christi satisfacere potuerit pro peccatis totius mundi?* Lipf. MDCLXXVIII. 4. De vulneribus seruatoris disputarunt: CASP. LOESCHERVS, QVENSTEDTIVS, IO. SAVBERTVS atque alii. Quæ de morte christi docentur, ea lucem accipiunt ex IO. MEISNERI *adsertione de quaestione: an christus in triduo mortis verus homo permanserit?* Vitemb. MDCLII. MDCLXXXVI. ex dissertationibus: IO. FRIDER. MAYERI: *vtrum genus humanum non alio potuerit modo, nisi cruenta dei morte, reparari?* Hamburg. MDCLXXXVIII.** et *vtrum ipse deus mortem redemtori intulisset, si abstinuissent homines*, Gryph. MDCCII. IO. NICOL. QVISTORPII de *verbis hymni: gott selbst liegt todt*, Rostoch. MDCCIII. IO. GEORG. DORSCHEI de *admirandis mortis iesu christi*, Argentor. MDCXXXV. ex FRIDEMANN. BECHMANNI *tractatu de vniuersalitate mortis et satisfactionis christi*, Ien. MDCXCV. 4. De sepultura christi exstant dissertationes: DEVTSCHMANNI, NIEMANNI, GEIERI, SCHELVIGII, OPITII; præter has autem prodierunt: EBERH. DAV. HAVBERI *betrachtungen vber das begræbnis christi*, Lemgou. MDCCXXXIX. 8. De *statu animæ christi, a corpore separatæ illiusque prærogatiuis* exiit in lucem commentatio CAROL. HENR. ZEIBICHII, Vitemb. MDCCXLVI. 4. ***

 e.) de

* *nachrichten von den neuesten theolog. buchern, volum.* II. p. 582.

** *disput.* eius *select.* p. 1.

*** KRAFTII *theol. biblioth. vol.* I. p. 609.

ε.) de *christi statu exaltationis*

GEORGIVS MYLIVS disputatione de *christo exaltato*, Ien. MDXC. AVGVST. VARENIVS dissertatione de *statu exinanitionis et exaltationis christi*, Rostoch. MDCLXIII. Ad statum hunc quum pertineat resuscitatio et resurrectio christi, de ea videantur dissertationes: HABERKORNII, BALDVINI, IO. MEISNERI, KVNADI, IO. MVSAEI, SEBAST. SCHMIDTII, BERN. VON SANDEN, NICOL. KOEPPENII, GOTTFR. OLEARII, * BALTHASARIS, qui argumentum hoc generatim illustrarunt; IO. GERHARDVS autem de *gloriosa resurrectione christi*: IO. CALOVIVS de *christi resurgentis maiestate*: IO. ANDR. QVENSTEDIVS de *fundamento et veritate resurrectionis christi*: IO. FR. MAYERVS de *eo: vtrum resurrectio christi pertineat ad opus redemtionis?* CHRIST. FRIDER. BOERNERVS de *typis et praedictionibus resurrectionis christi* disseruerunt. Euolui quoque possunt: BENEDICT. GOTTL. CLAVSWITZII *geschichte der auferstehung christi nach ihren*

[redacted]

REISENII, SEBAST. SCHMIDTII, CASPAR. LO
IO. FRIEDR. MAYERI, NIC. KOEPPENII. Quæ
ſcripta, maxime reformatis oppoſita, recenſendi, in
tibus habebo occaſionem. Doctrinæ de ſeſſione
dextram dei, vberius explanandæ, ſingularem oper
uit: IO. SCHROEDERVS. Edidit ille: *thronum*
chriſti, das iſt, ausſuhrliche erklærung des artickels
chriſti zur rechten gottes, Norimb. MDCXV. 4. et
Io. Philipp. Ebelii, Gieſ. MDCXX. 8.* item: *ſceptru*
id eſt, defenſionem throni regalis chriſti; ſeu ſeſſionis
tram dei et de præſentia chriſti hominis in terr
MDCXXI. 8. De eodem fidei articulo, præter iam
diſſertationibus expoſuerunt: LVC. OSIANDER, IO.
DORSCHEVS,** DAVID CLODIVS, DEVTSCHMAN

ζ.) de *officio chriſti generatim.*

DAN. HENRICI de *officio meſſiæ prophetico, ſa*
et regio, Lipſ. MDCLIV. 4. BALTH. MENZERVS in
tionibus de ieſu chriſto θεανθρώπῳ, vnico humani ge
demtore, Gieſ. MDCVI. 4. adde: TROGILL. ARN
chriſti zweyfaches mittleramt, Hamburg. MDCCI. 4.
hac de re ad publicas diſputationes propoſuerunt:
DIVS HVNNIVS, IO. WINCKELMANNVS, GERLAC
GVIL. LYSERVS, PHILIPP. MVLLERVS, GOD.

Hal. MDCCX. 8. contra Christianum Demo-
Io. Mich. *Keckius* germanice vertit et cum
: *theologische abhandlung von der erlœsung, so*
lœsegeld des blutes iesu christi geschehen, Ien.
8. edidit: ADAM. BERNDIVS in *der wahrheit*
lutherischen religion, aus dem hohenpriesteramt
des vnd aus den opfern vnd amt des hohenprie-
testaments, als dessen vorbildern deutlich bewiesen,
DCCXXXIV. 8. HENR. MENZELIVS, qui emisit:
iesu christi, des wahrhaftigen messiæ vnd gott-
für aller menschen sunde, Vratisl. MDCCXL. 8. ano-
opusculo, cuius titulus est: *einfalt vnd hoheit der*
iesu christi, Dantisc. MDCCXLIII. 8. I. G. WOLBVR-
der schrift vnd vernunftmæsigen betrachtung der lehre
gthuung christi, Lips. MDCCXLV. 8. IO. DAV. MI-
in *den gedancken vber die in heiliger schrift geoffen-*
von der gnugthuung christi, als einer hœchst vernunf-
der weisheit vnd gute gottes gemäsen lehre, Francof.
III. 8.** Plures præterea in lucem exierunt disser-
quibus doctrina hæc vberius exposita ac confirma-
EORG. CALIXTI de *sacrificio christi, semel in cruce*
iterabili: CALOVII de *officio christi sacerdotali et*
ISHMVTHI de *messiæ, pro reatu se tradentis, hostia:*
e *iesu christo, solo et vnico sacerdote et sacrificio ex-*
IO. FRID. MAYERI de *officio christi sacerdotali:*

[illegible] MICH. WALTHE-
[illegible] RAMBACHIVS atque
[illegible] quando theo-
[illegible] diligentius enar-
[illegible] socinianos, fanati-
[illegible] conscripta sunt. Attamen
[illegible] BERN. WALTHER.
[illegible] *und* [illegible]
[illegible] *vorbild des lei-*
[illegible] Norimb. MDCCXXXIII. 8.
[illegible] FRIDER. STEINIIS *de-*
[illegible] *necessitatem, veri-*
[illegible] *argumentis theo-*
[illegible] *adstruit,* Tubing.
[illegible] eruditum ac luculen-
tem. De [illegible]: IO. IVST.
[illegible] *christi sacer-*
[illegible] MDCCXXXIX. 4. FRID.
GVIL. DE BORCK *de intercessione christi pro obligationibus*

[redacted]

XVIII. DE FIDE IN CHRISTVM.

α.) generatim.

NDIVS *tractatu de vna fide, ad salutem æternam impliciter ac vbique necessaria*, Gustrou. MDCLXIV. 8. VS, cuius disputationes de *fide*, vna cum *discursu certitudine salutis*, Ien. MDCLXXVII. exstant, ac nos scriptores principem locum tenet, BENED. AVSWITZIVS. Publice iste in academia halensi es de *fide* defendit hisque coniunctim præfixa est *syntagma doctrinæ de fide in iesum christum, dispu-ogmaticis* XIII. *publice exposita*, Hal. MDCCXLVIII. 4. adnumerandæ sunt commentationes academicæ: EISNERI de *primario fine et effectu fidei:* HVL-I de *saluificæ fidei quidditate:* IO. ADAM. OSIAN-biecto *fidei et materiali et formali:* SONNTAGII de *forma:* WEIDNERI de *fide saluifica:* ANTONII de *opere dei summo.* Ex libris, de dogmate hoc editis, addo: PHILIPP. IACOB. SPENERI *wahtebenden glauben: dessen eigentliche art vnd beschaf-* ancof. MDCXCVI. 4. IO. IACOB. DOERTENBACHII *egi*, Tubing. MDCCXI. 8. ANDR. CRAMERI *abbil-wahren glaubens*, Hamburg. MDCCXII. 8. LVDOV. ITZINGERI *vnterricht von dem wahren seligma-auben*, Esling. MDCCXVIII. 8. CONRAD. CHRIST. *erlesene glaubenssprüche*, Goth. MDCCXXI. 8. vna lo: *kern aus D. Lutheri lehre vom wahren glauben*, MILDIO Hal. MDCCXXVII. 8. in lucem emisso.

β.) speciatim.

1. de *fide iustificante*

LVS TARNOVIVS *synopsi veræ et orthodoxæ doctri-iustificante*, Rostoch. MDCXXIII. 4. præter quam e sunt dissertationes: IO. ERN. GERHARDI de *cantis natura:* IO. MVSAEI de *fide iustificante:* IO. I de *fidei iustificantis ratione formali:* CALOVII *et officio fidei in actu iustificationis:* QVENSTEDTII *ificante et saluifica:* SCHOMERI de *forma fidei iu-* ANTONII de *harmonia fidei, quæ iustificat, et*

fidei,

fidei, quatenus iustificare dicitur: * PFAFFII *cante, sanctificante et saluante:* SCHELVIGII *cans sit bonum opus?* CHR. REVCHLINI de i *stificantis:* IANI de *fidei iustificantis natura e*

2. de *fide viua*

IO. CHRIST. SCHAEFFERVS in *der abb ren lebendigen glaubens, wie er in vnd bey der eines busfertigen sunders vor gott beschaffen* MDCCXVII. 8. FRID. EBERH. COLLINVS, c *werck des glaubens in der kraft; oder vorstellun lebendigen glauben*, Wertheim. MDCCXIX. 12 mentum dissertationibus academicis pertract exposuit SEB. SCHMIDTIVS de *fide viua et n* LOESCHERVS de *fidei vita et morte:* THEOI de *fide sine operibus mortua:* CARPZOVIVS ** GIVS de *fide per caritatem operante:* IO. GV de *connexione fidei et operum:* BVDDEVS d *ac eius necessario cum vitae sanctitate nexu:* IA *sanctitatis christianae natura, discrimine et nex*

3. de *variis fidei speciebus*

commendandae sunt ad vberiorem cogni rum fidei generum exercitationes academi

[redacted]

. 8. prodiit: IO. HVLSEMANNVS *oreus*
de fide infantum actuali, Vitemberg.
...ptor libri, qui hoc titulo: *fides saluifica in-*
... post baptismum; vel etiam sine illo tam in
... extra eamdem praematura morte occumben-
... adserta, Berolin. MDCCXLV. 8. lucem adspexit,*
...tus est, eodem auctore: *caluinismus in agone*
...alis infantum defensa, Vlm. MDCCLIV. 8.** Ei-
...ati illustrando consecratae sunt dissertationes:
...NI de *fide infantum*:*** WEINMANNI de *fide*
... baptizatorum vera et actuali: IO. ADAM. OSIAN-
fide infantum: SCHERZERI et WALTHERI* de *fide*
... infantum: DEVTSCHMANNI de *fide infantum*
...: QVISTORPII de *fide infantum:* IAC. HENR.
...RIS de *fide infantum praesumta*. De fide infan-
... adhuc in vtero sint exposuerunt: CHRISTIAN.
... in *dem versuch eines beweises aus der vernunft*
... fur den glauben der kinder, Brem. MDCCXLV. 8.**
... BVTTSTETTIVS in *den schrift vnd vernunft-*
... gedanken von dem glauben der vngetauften christen-
kinder,

... litteras tantum I. C. E. nomen suum expressit; eum autem
...NRAD. ENGELHARDVM esse, ex eiusdem *absolutismo et*
...ismo gratiae diuinae patet, vbi non solum *praefatione* pro-
... se excitatum librum scripsisse; sed etiam p. 182. *adpen-*

kinder, Guelpherb. MDCCXLVIII. 8.* idemque ap
explanatum est in dissertatione CHR. FRID. BOM
fide Iacobi in vtero, eaque, quam ipse edidi, de *fid*
in vtero, Ien. MDCCXXVII. atque *Adam. Lebrecht.* M
latino germanice conuertit: animaduersionibus in
cum inscriptione: *gedancken vom glauben der kind*
terleibe, Ien. MDCCXXIX. MDCCLVI. 8. in lucem edi

XIX. DE IVSTIFICATIONE

α.) generatim

multi singulares libri de articulo hoc fidei i
prodierunt: NICOLAI quippe SELNECCERI tr
iustificatione hominis coram deo et de bonis operib
MDLXX. 8. IO. WIGANDI de *iustificatione*, Lips. MD
TILEMANN. HESHVSII de *iustificatione hominis c*
libri sex, Helmstad. MDLXXXVII. fol. qui quum d
creta concilii tridentini ac iesuitarum errores d
sunt, illi inter scripta quoque polemica locum
possunt: IEREMIAE HOMBERGERI *mucro stimu*
oder ausfuhrliche erklærung des hochwichtigen arti
der rechtfertigung, Ien. MDXCII. fol. opus non r
bre et notum; quod tamen ostendit, auctorem il
ditione, iudicio et studio veritatis tuendæ prædit
se: ** AEGIDII HVNNII *articulus de iustificatio*

culum iustificationis, ordine alphabetico distincte explicati, ibidem MDCXXIV. 4. GODOFR. CVNDISII tractatus de *lege et euangelio: de pœnitentia et iustificatione*, Ien. MDCLIII. 4. MELCHIOR. NICOLAI liber de *fide iustificante*, quem post illius mortem filius, *Io. Melchior*, Stuttgard. MDCLXIV. 4. edidit: HENRIC. HOEPFNERI *disputationes duodecim de iustificatione hominis peccatoris coram deo*, quæ cum iudicio atque adcuratione scriptæ, inprimis contra Christoph. Mayerum, Bellarminum, Becanum, ac postquam auctor mortalitatem suam finierat, coniunctim publicæ luci expositæ sunt cura *Io. Benedict. Carpzouii*, senioris, Lipſ. MDCLIII. 4. et cum præfatione *Wernsdorfii*, Lipſ. et Rostoch. MDCCXXVIII. 4.* SEB. SCHMIDTII liber: *die rechtfertigung des sunders vor gott vnd der weg, den seligmachenden glauben zuerlangen, samt der lehre von den guten wercken, nach anleitung des vierdten, funften vnd sechsten articuls des augspurgischen glaubensbekanntnisses furgestellet*, Luneb. MDCLXXXIX. 12. eiusdemque dissertationes de *iustificatione hominis peccatoris coram deo*, quæ ab anno MDCLXIX. prodierunt: PHILIPPI IACOB. SPENERI *euangelische glaubensgerechtigkeit*, Francof. MDCLXXXIV. 4. quem librum Io. Breuingio, sacris romanis addicto, opposuit: SAM. SCHELVIGII *vindiciæ articuli de iustificatione*, Vitemb. MDCCXII. 8. IO. ERNEST. SCHVBERTI *schriftmæsige gedancken von der rechtfertigung eines sunders vor gott*, Ien. MDCCXLIV. 4.** quibus adiungi possunt: IO. GOTTLIEB. HILLINGERI *procefs der rechtfertigung des armen sunders vor gott durch den glauben an christum*, Ien. MDCCXXIX. 8. IEREM. FRID. REVSSII *lehre von der rechtfertigung*, Lipſ. MDCCXLVII. 8. IO. FRID. HENRICI *reine euangelische lehre von der vergebung der sunden*, Gotting. MDCCXXXVI. 8. zwo

* præfationi Wernsdorfianæ præfixus est singularis hic titulus: *commentatio historica de vita et scriptis Henrici Hœpfneri; nec non de recentioribus quibusdam controuersiis, de iustificatione agitatis*, eaque separatim; sine auctoris tamen nomine, in publico proposita, Holmiæ MDCCXXXIX. 4. adde *samlung von alten vnd neuen theol. sachen* 1728. p. 597. et HAFERVNGII *manes Hœpfnerianos orthodoxiæ suæ vindices*, Francof. MDCCXXXI. 12.

** *nachrichten von den neuesten theol. buchern*, *volum.* III p. 726.

kindertaufe, Hamburg. MDCXCI. 12. et *vertheidig* *beweises*, ibidem MDCXCVI. 8. firmisque argumen mennonitas probauit, infantes omnino salutari aqu dos esse. Idem monstrarunt: IO. TRELLVNDI *schriftmaesigen wiederlegung des so genannten bekan Lor. Strandigers, betreffendt die kindertaufe*, et in *fuhrlichen vertheidigung seiner schriftmaesigen wied* Hafn. MDCCXVIII. 8. ARENDT. FISCHERVS in *der stehenden vnumstoeslichen wahrheit vnserer lutherisch von der kindertaufe vnd dem so genannten aeusserlich dienst*, quo scripto auctor itidem Strandigero co Flensburg. MDCCXII. 4. LAVRENT. REINHARDI lucem emisit: *grundliche vnd schriftmaesige vertheid kindertaufe*, Ienae MDCCXXXI. 4. HIERONYM. GVI SCHMIDIVS in *der theologisch historischen betracht nemlich der heiligen kindertaufe*, Schwobac. MDCCX Cum iam memoratis scriptis coniungendae sunt di nes: CHRIST. DREIERI de *baptismo infantum*, MDCLXXV. IO. FRID. MAYERI de *paedobaptism rum temporibus coaeuo*: IO. FRANC. BVDDEI de *pa mo* contra Anton. van Dalen:* CHR. EBER. WEI de *paedobaptismi veritate et innocentia:* SIEG. IA. CARTENII, qua *paedobaptismi demonstrationem* di exhibet, Hal. MDCCXXXIX.

... religionum, Rostoch.
... KRISIVS de *norma iustificationis*, Kilon.
...ODOR. THVMMIVS de *iustitia christi acti-*
... fide imputata, contra Forerum, Tub. MDCXXIV.
...IVS de *ratione formali iustificationis coram deo*,
LXVIII. SEB. SCHMIDTIVS de *imputatione in iusti-*
...opere, Argentor. MDCLVI. ac de *caussis iustifica-*
DCLXVI. IO. CHRIST. PFAFFIVS de *imputatione*
christi: * IO. BALTH. BERNHOLDVS de *iustitia*
per fidem nobis imputata, Alt. MDCCXXXVI. THOM.
...IVS de *particula* solum *in articulo iustificationis*,
...r. MDCXXIII. IO. DEVTSCHMANNVS de *iustifica-*
...veteri et nouo testamento ratione eadem, Vitemb.
SAM. SCHELVIGIVS de *iustificatione fidelium vete-*
...i, Gedan. MDCCII. GVSTAV. GEORG. ZELTNE-
...ficatione particulari, Altorf. MDCCXVIII. FRID.
...IVS de *foro dei absolutorio*, Ien. MDCLXXXII.
...SCHERVS de *effectibus iustificationis*, Vitemb.
Simile argumentum pertractarunt: IVSTVS
...MIVS in *explicatione quaestionis: an peccatorum, a*
...mas, remissio per insequentia peccata fieri possit ir-
... et THOM. ITTIGIVS *exercitatione de iterata ab-*
...eccatricis, cui peccata iam remissa fuerant. ***
iustificationis effectibus locum teneat pax spiri-
...n possum, quin PHILIPP. IAC. SPENERI duos

ned. Carpzouii, Lipſ. MDCXLVI. 4. et *Io. Frider.*
dem MDCCVII. 4. SEBAST. SCHMIDTIVM,
tus de principiis; ſeu fundamentis praeſentiae corp
guinis chriſti in ſacra coena, Argent. MDCLXII.
prodiit: GEORGIVM NITSCHIVM in *dem*
ein treugeſinnter chriſt weder durch die empfind
eignen ſchwachheit; noch durch die vberzeugung
wurdigkeit von dem gebrauch des heiligen abendm
entaeuſern, Goth. MDCCXIII. 8. CHR. HENRIC
CHIVM, cuius quatuor diſputationes ſub titulo:
tor ἄδειπνος, Vitemb. MDCCXXXIII. 4. in lucem
CONR. HOPPE in *der wahrhaftigen lutheriſchen*
dem abendmal, ſermone belgico, Amſtelodam. MD
Recte quidem theologi noſtri adfirmant, ſacrame
crae coenae ad fidem confirmandam ſpectare hocque
ne illos, qui iſtius expertes ſint, ad vſum epuli hu
admittendos eſſe, contrariam tamen ſententiam
SIM. FRID. RVESIVS in *commentatione de admiſſ*
genitorum ad coenam domini, Ien. MDCCXLII. 8.
etiam adfert SAM. WALTHERVS in *der hiſtorie*
niſchen opfermaehler, zum beweis der wahren gege
leibes vnd blutes chriſti im abendmal, MDCCXXV.
auctoris nomine. Nec dubito, huc referre IVSTI
[redacted]

[redacted]

I. Ad argumentum hoc illustrandum multum diumenti adfert IO. ALB. FABRICII *salutaris lux toti orbi per diuinam gratiam exoriens*, Hamburg. II. 4.

DE REGENERATIONE, CONVERSIONE ET POENITENTIA

α.) de *regeneratione*

IEL HENRICI tractatu] de *regeneratione*, Lips. .4. THEOPHIL. GROSGEBAVERVS in *dem vnter- der wiedergeburt*,* quod opusculum subiunctum eius: *waechterstimme aus dem verwusteten zion*, MDCLXXXII.8. CHR. MATTH. SEIDELIVS in *dem s der wiedergeburt, vnter dem bilde eines seiden- vorgestellet*, Hal. MDCCXVIII.12. IO. GOTTL. HILLIN- G cuius prodiit: *betrachtung von einigen stucken zur geburt gehorig*, Ienæ MDCCXXXVI. 8. DAVID HOLLA- *der beschreibung der wiedergeburt vnd des geistlichen* Stettin. MDCCXXXVII. 8. Addo: PHIL. IAC. SPENERI *wigen articul von der wiedergeburt, deren vrsachen, art, pflichten, wurden, vnd andern dahin gehœ- terien*, Francofurt. MDCXCV. MDCCXV. 4. quo quamuis orationes tantum sacræ contineantur; iorem tamen, adcuratam ac solidam argumenti onem iusta illius heic mentio fit. Nec prætereo iones: IO. MEISNERI de *regeneratione et viui-*:** IO. ANDR. QVENSTEDTII de *regenerationis, ionis et renouationis essentia et differentia*: MELCH. RI et ALB. IOACH. VON KRACKEWITZ de *regene-* CHR. REVCHLINI de *noua creatione*: ADAM. RE- RGII de *iterata regeneratione lapsorum*: IO. OLEA- AGNI CRVSII de *resurrectione spirituali*; item INI de *differentia regenerationis, iustificationis et tionis*: HAFERVNGII de *nomine regenerationis eius- t abusu*: WILCKII de *regeneratione et regenitis*.

β.) de *conuersione*

articulum hunc fidei enarrarunt, in illis eminet IO.

ommentatione hac de baptismo eiusque virtute scripsit, ea penitus veritati consentanea sunt

sciculum eius *disputation. theologicar. num.* 2.

MVSAEVS. Defendit in academia hac dispı
que de conuerſione atque vnam de renouatior
coniunctæ cum titulo: *tractatus theologicus de*
eo inſcio et inuito, Hal. MDCLVIII. 4. prod
tulit, in opinionem adductus, commentatior
adcuratione ſcriptas eſſe, quam argumenti g
tasque poſtularet, hocque nomine nolebat,
rum formis iterum deſcriberentur. Hac ı
incitatus, ſtudia ſua ad doctrinam hanc vbe
dam contulit ac labore feliciter ad finem p
cem protulit: *tractatum theologicum de con*
peccatoris ad deum, cum præfatione, qua bi
genſia, breuioribus adnotationibus inſtruc
bermanno vindicantur, Ien. MDCLXI. et M
que opus non exiguam ſolidæ atque adcur
laudem meruit. Vberius in eo exponitur de c
minibus, natura, actibus: ſpeciatim de fid
que obiecto formali ac diſputatur ſimul c
cios.* Reliqui dogmatis huius interpret
ſæo ſint inferiores; laudari tamen debent:
pe KOENIGIVS *tractatione theologica de c*
nis peccatoris coram deo, Norimb. MDCXXX
TIVS, cuius habentur: *aphoriſmi theologici a*
que gratiæ diuinæ in conuerſione hominis occu

[redacted]

...ALDVINI de *conuerſione hominis ad deum:* KVNA-... *...erſione hominis ab infidelitate ad fidem:* QVEN-... de *conuerſione hominis:* ZENTGRAVII de *conuerſione ...geniti prima* ac de *conuerſione ſecunda relapſorum:* ...TENII de *conuerſione non inſtantanea.*

γ.) de *pœnitentia*

...STOPH. HOFMANNVS libris tribus *commentationum ...tia,* Hal. Sueuor. MDXL. fol.* AMBR. REVDENIVS, *...aphiam loci de pœnitentia eiusque fructibus,* Ienæ ... poſteritati reliquit: GODOFRED. CVNDISIVS in *de lege et euangelio: de pœnitentia et iuſtificatione,* ...CLIII. 4. IO. MVSAEVS in *dem grundlichen vnd aus-... bericht, welcher geſtalt die lehre von der buſe nutz-... ... gutem beſtand nach gottes wort muſſe vorgetragen* ... MDCLXXII. et MDCLXXVI. 4. quod ſcriptum tamen ... eſt ac præcipue ad controuerſiam ſtengerianam ... generis etiam eſt: HENR. ECKHARDI *dilucida-... ...erſiarum theologicarum de pœnitentia et quæſtionibus* ..., Gieſſ. MDCX. 8. Alii ſacrorum noſtrorum docto-... ...tiones ſcripſerunt de pœnitentia, generatim: ...RVS, HVLSEMANNVS, CALOVIVS, IO. ADAM. ...ER, IO. SCHMIDIVS, TITIVS, BEBELIVS, KORT-..., SEBAST. SCHMIDTIVS, SONNTAGIVS: ſpeciatim ... LVDOV. HANNECKENIVS de *pœnitentia ſeria, num-...,* ac de *diſtinctione pœnitentiæ in legalem et euange-...* IO. GEORG. IOCHIVS de *pœnitentia regenitorum quo-...* contra Melodium; ſiue Berndium: IOACH. IVST. ...APTVS de *contritione vniuerſaliter neceſſaria:* ...ANTONIVS de *contritione ſalutari* et de *odio pœni*

XXII. DE SANCTIFICATIONE ET RENOVATIONE

...RNEST. SCHVBERTVS in *den ſchriftmæſigen gedan-... der erneuerung der wiedergebornen,* Ien. MDCCXLVI. 4. ...COEPKENIVS in *dialogo de templo Salomonis; oder wachsthum der chriſten in der heiligung nach dem des tempels Salomonis,* cum præfatione *Speneri* de

 per-

* recenſetur in *den vnſchuldigen nachrichten,* 1719. p. 390.

perfectione christiana, Hal. MDCCVI. 8. qui l
latine, itidem cum *Speneri* præfatione Lipsiæ
prodiit; deinde autem in germanicam lingu
est: IO. PORSTIVS, qui quum in lucem prot
giam viatorum practicam; oder die gœttliche f
len auf den weg zur seligen ewigkeit, Hal. MDCC
coeptum continuauit in *theologia practica reg*
wachsthum der wiedergebornen, wie sie aus einen
sto ins andere fortgehen, Hal. MDCCXXIII. 4. sim
vsque libri, qui merito magnam laudem æst
habet, epitomen confecit ac *compendium the*
et regenitorum practicæ Berolin. MDCCXXIII.
edidit. Ad ordinem horum scriptorum refer
est PHIL. IAC. SPENERI egregius libellus: *na*
oder der vnterscheid der werke, so aus naturlich
aus den gnadenwurkungen des heiligen geist
Francof. ad Mœn. MDCLXXXVII. 12.* MDCXCVII
MDCCXIV. 8. cum præfatione *Pritii* de natur
neratim. Latine ille redditus est a *Io. Henric*
que inscriptus: *de natura et gratia liber singular*
que, lectione maxime digna, *Gottfr. Olearii* or
MDCCXV. 8. lucem vidit. Præter hos libro
hac lucem præferunt dissertationes: FAVSTI
MAYERI de *sanctificatione*: IO. ADAMI OSIAN
uatione: VALENT. ERNEST. LOESCHERI de

[redacted]

...memorari debet: SEB. SCHMIDTII *lutherifche* ... *oder tractat von den guten werken nach der* ... *lutherifchen lehre*, Luneburg. MDCXCIX. 12. Nec ... funt commentationes de vnione myftica: IO. ... VLLERI *vnio myftica ad normam fcripturae et* ... *fidei exacta*, Auguft. Vindelicor. MDCCIV. 4. et ... *nicht fo gar vnfchuldige nachrichten; fiue vindiciae* ... *de vnione myftica*, ibid. MDCCVI. 4.* differtationes ... MEISNERI, KVNADI, QVENSTEDTII, SCHELVI- ... ILTHAVPTI de *vnione myftica fidelium cum chrifto*: ... RI de *differentia vnionis perfonalis et myfticae*: SEB. ... TII et IO. NICOL. QVISTORPII de *coniugio myftico*: ... IH. CARPOVII de *chrifto, ecclefiae fponfo et marito*: ... I de *adproximatione fpiritus fancti fubftantiali*: ... II de *vnione fpiritus fancti cum fidelibus non fubftan-* ... CHARFII de *myftico iefu chrifti aduentu in fideles*: ... TI de *modo vnionis myfticae realiffimo*. Quae haben- ... perfectione chriftiana: de feruandis legibus diuinis ... bus argumentis, ea pleraque funt polemici generis.

XXIII. DE LEGE ET EVANGELIO

... D. HVNNIVS in *articulo de lege et euangelio*, Vi- ... MDCVII. 8.** GODOFR. CVNDISIVS tractatu de ... *euangelio*, Ien. MDCLIII. 4. aliique, qui argumentum ... differtationibus explanarunt, quales funt: IACOB. ... I de *lege et euangelio*: GODOFR. CHRISTIAN. BO- ... in *iefu chrifti euangelio*: DEVTSCHMANNI de *harmo-* ... *nia dominic. cum euangelio primo*: CASP. LOE- ... de *difcrimine legis et euangelii*: CHR. HAGMAIERI ... *tiis, quas lex et euangelium habent*: IO. FRANC. ... e *felici a lege ad euangelium tranfitu*: CHR. REVCH- ... *euangelio*: SONNTAGII *quo fenfu euangelium dicatur* ...

DE SACRAMENTIS GENERATIM

... S HVNNIVS libro de *facramentis veteris et noui* *tefta-*

... *vnfchuldige nachrichten*, 1704. p. 483. 1706. p. 464. 1707. ... 10. 1708. p. 43. 251. 362. vbi contra Mullerum de vnione ... ca difputatur.

... liber hic auctoris *oper. latinor. tom.* 1. p. 507.

NI de audiendis doctoribus verbi, etiam hy
de IOD. ANDR. HILTEBRANDTI *schediasm*
interna ad studium theologicum, Berolin. MDC
CHAEL. FOERTSCHII *vnterricht vom lam*
zum lehr vnd prediigamt, Ien. MDCCXV. 4. *
uina auctoritate lutherani ministerii contr
disputarunt, eos inter scriptores theologiae
feram.

β.) de *claue soluente et ligante*

IO. WIGANDVS, cuius prodiit: *explica*
gante in ecclesia christi: de suspensione a sacram
pus: de reconciliatione offensae ecclesiae, Franc
MDLX. ** IO. BENED. CARPZOVIVS, fe
lutherischen vnuerfaelschten apostolischen laesesch
anklage Hieronymi Mulmanni vertheidiget vnd
MDCLV. 4. *** SIEG. BAERENSPRVNG in
vom binde vnd laeseschlussel. Lips. MDCCII.
EDZARDVS, qui contra Thomasium edidit:
gung der lehre vom bindeschlussel, Hamb MI
MARTIN. ZIMMERMANNVS in *der vernich*
digamts durch den gar zu sehr gebundenen
Hamb MDCCLV. 8. Idem argumentum ill

XXVI. DE BAPTISMO

α.) generatim

ID CHYTRAEVS, ex cuius prælectionibus libellum *ismo et eucharistia* edidit ZACHAR. LEMANNVS, erg. MDLXXXIV. 8. * AMBROS. REVDENIVS in *controuerſi loci de baptismo et cœna domini*, Ienæ I. 4. FR. FISCHERVS in *myſterio-didaſcalia*, *das iſt*, *bre von ſacramenten beydes in genere vnd in ſpecie von fe vnd abendmal*, Vitemb. MDCXVII. 4. IO. FORSTE- cuius exſtant non ſolum *theſes de baptismo*, Lipſ. 4. ſed etiam *decades problematum theologicorum de o* XII. *diſputationibus explicatæ*, Lipſ. MDCXII. 4. IO. RDVS, cuius liber: *ausfuhrliche ſchriftmæſige erklaer beyden artickel von der heiligen taufe vnd von dem abendmal*, inter ſcripta doctrinæ huius principem tuetur. Exiit ille in lucem Ienæ MDCX. 4. et Stutt- IDCLXII. 4.** In eodem argumento illuſtrando ope- ſuit: ANT. REISERVS atque edidit commentatio- : *regenerationis*, *ſoli eccleſiæ chriſti veræ noui fœderis ſacramento baptismi*, Auguſt. Vindel. MDCLXXIV. 4. LILIENTHALIVS autem iuris publici fecit: *den in der thaltenen rath gottes, das iſt, ſamlung einiger ſchriften, der heiligen taufe handeln*, Regiom. MDCCXXXV. 8.*** lemiis de baptismo, eius materia, efficacia, neceſſitate runt: AFFELMANNVS, MENZERVS, IO. MEISNE- CALOVIVS, KVNADVS, TITIVS, OSIANDER, MV , HILDEBRANDVS, SCHELVIGIVS, ALBERTI, CA- S, IAEGERVS, FECHTIVS; MASIVS autem de *ba- per mulieres adminiſtrato*.*

β.) de pædobaptismo

WINCKLERVS, qui edidit: *grundlichen beweis der kin-*

CHVTZII *vitam Chytræi*, *libr.* III. §. 16. p. 97. LIPENIVS *iotb. theol. part.* I. p. 127. memorat quoque editionem anni LXXXIX.

ur FISCHERVS *vit. Gerhardi* p. 398.

h aufgeleſene früchte, 1735. p. 275. LILIENTHALII *theolog. iotb. tom.* I. p. 526.

I. *diſſertation.* eius p. 149.

kindertaufe, Hamburg. MDCXCI. 12. et *vertheidigung dieses beweises*, ibidem MDCXCVI. 8. firmisque argumentis contra mennonitas probauit, infantes omnino salutari aqua abluendos esse. Idem monstrarunt: IO. TRELLVNDVS in *der schriftmaesigen wiederlegung des so genannten bekaentnis Otto Lor. Strandigers, betreffendt die kindertaufe*, et *in der ausfuhrlichen vertheidigung seiner schriftmaesigen wiederlegung*, Hafn. MDCCXVIII. 8. ARENDT. FISCHERVS in *der noch fest stehenden vnumstaeslichen wahrheit vnserer lutherischen kirche von der kindertaufe vnd dem so genannten aeusserlichen gottesdienst*, quo scripto auctor itidem Strandigero contradixit, Flensburg. MDCCXII. 4. LAVRENT. REINHARDVS, qui in lucem emisit: *grundliche vnd schriftmaesige vertheidigung der kindertaufe*, Ienae MDCCXXXI. 4. HIERONYM. GVILIELM. SCHMIDIVS in *der theologisch historischen betrachtung vornemlich der heiligen kindertaufe*, Schwobac. MDCCXXXIII. 8. Cum iam memoratis scriptis coniungendae sunt dissertationes: CHRIST. DREIERI de *baptismo infantum*, Regiom. MDCLXXV. IO. FRID. MAYERI de *paedobaptismo, apostolo-*

...MANNI de *baptiſmo et apoſtolorum de hoc myſterio* ...: GOTTL. WERNSDORFII de *baptiſmi chriſtiano-* ...*nere diuina:* IO. LAVR. MOSHEMII de *baptiſmo,* ...*po:* MICH. SCHREIBERI de *dilatione baptiſmi:* ... PFAFFII de *eo, quod iuſtum eſt circa itera-* ...*ſmi.* Scripta de exorciſmo aliaque, aduerſus ... ac fanaticos edita, locum obtinebunt in libris ...ſorum.

XXVII. DE SACRA COENA

* *auctar. nouiſſim. part.* II. p. 106. 112. Latine ex *Combefiſii* interpretatione leguntur *biblioth. patr. lugdun. tom.* XXVI. p. 209.
** *tom* I. *græciæ orthodox* p. 756.
*** in *opuſculis aureis theologor. græcor.* Rom. MDCXXX. et MDCLXXI. 4.

quibus primum et
latine *Franc. Combe*
us nondum in lucer
ſunt, palamitæ acr
deum iniurii. Præ
expoſitio elementaris
et quodam modo
illud latine ac note
MDLXXXI. 4. ***
cuius inſcriptio eſt
philoſophi e ſacris litt
NOPVLI *tomum cont*
tius, ſine auctoris q
bet; ** NIC. CO
Mentionem BARLAA
cœperit, heſychaſtas
tamine hoc multa lit
ad nos peruenit, niſ
huc referre velis. *

* *tom.* II. *auctar. nouiſſi*
biblioth patrum lugdun
** *tom* II *auctar. nouiſſim*

§. IX.

QVVM tempore hoc essent, qui contra prauas doctri is, corruptos mores, fœdas superstitiones curiæ ro anæ addictorum præclara veritatis testimonia ederent : viam ad sacrorum emendationem quodam modo pa rent, romanus episcopus cum adseclis suis aduersus los pugnauit, maxime quidem gladiis similibusque ar is; attamen etiam libris. Ita in certamina venerunt ontra *waldenses*, *wiclefitas* ac *hussitas*.

Inter eos, qui media ætate contra ecclesiam romanam testimonia veritatis dixerunt hancque ob rem pontificios nacti sunt aduersarios, insignem locum tuentur *waldenses*, quorum licet non omnium eadem fuerit ratio; nonnullorum tamen crimen sola erat veræ doctrinæ professio. Scripserunt contra eos: PETRVS *Mauricius*, cluniacensis, *epistolam;* siue *tractatum aduersus petrobrusianos hæreticos*, id est, waldenses, sic adpellatos a Petro de Bruis, quodam eorum doctore, quæ cum Bernardi nonnullis sermonibus atque epistolis cura *Io. Hofmeisteri* Ingolst.MDXLVI.4. prodiit: * ECBERTVS schœnaugiensis *sermones* XIII. *aduersus hæreses catharorum*, *qui manichæorum hæresin innouarunt*, cum *breui ex Augustino de manichæis excerpto*, Colon. MDXXX. 8. ** itidem waldensibus oppositos, quibus ob studia purioris sanctiorisque vitæ *catharorum* nomen datum esse, constat: EBERHARDVS *antihæresin contra waldenses*: BERNARDVS, abbas fontis calidi, *tractatum aduersus waldensium sectam et arianos*: ERMENGARDVS opusculum *contra waldenses*, quæ tria scripta *Iac. Gretserus* notis illustrauit ac coniunctim in lucem emisit, Ingolstad. MDCXIV. 4. *** LVCAS tudensis libros tres de *altera vita fideique controuersiis aduersus albingensium errores*, quod opus cum *Ioannis Marianæ* prolegomenis *Iacob. Gretserus* itidem edidit ac Reinerum aliosque scriptores contra waldenses

* est quoque in MARRIERI et DVCHESNII *biblioth. cluniacens.* et *bibl. patrum lugdun. tom.* XXII. p. 1033.

** et *tom.* XXIII. *biblioth patrum lugdun* p. 600.

*** iterum litterarum formis expressa sunt opuscula hæc *biblioth. patr. lugdun. tom.* XXIV. p. 1525. et inter GRETSERI *opera tom.* XII.

denses addidit, Ingolstad. MDCXIII. 4. * ALANVS DE INSVLIS duos libros *contra albingenses et waldenses*, a *Io. Massono*, Paris. MDCXII. 8. et *Carolo de Visch* ** vulgatos: REINERIVS SACHONVS *summam de catharis et leonistis*; *seu pauperibus de Lugduno*, quibus nominibus waldenses itidem adpellati sunt. Partem libri huius dedit *Matth. Flacius*;*** integrum autem eum in lucem protulit *Iacob. Gretserus*, vt paullo ante dixi, ac cum isto quædam alia opuscula coniunxit, eaque *catalogum, in quo variorum hæreticorum deliramenta insunt*: PETRI DE PILICHDORF librum *contra waldenses*: incerti auctoris *refutationem errorum, quibus waldenses distinentur*: *indicem errorum waldensium*: *modum examinandi waldenses*: *fragmentum de erroribus beghardorum*. *

Alii tempore hoc præbuerunt se aduersarios *wiclefitarum* ac scriptis contra illos pugnarunt, nominatim: HENRIC. BICTWEL, IOANNES IORDANVS, IO. BROMYARD, RADVLPH. STRODVS, PETRVS DE PALVDE, ROBERT. HVMBLETONVS, THOM. PALMERVS atque alii; quorum tamen libri, Wiclefo eiusque adseclis oppositi, vel penitus

[redacted]

rum. Multa quidem monimenta vel proxime ante m constantiense; vel in eodem; vel post illud con- mem Hussum eiusque doctrinam compofita sunt; mia autem illorum in lucem prodierunt atque ad uenerunt. In numero aduersariorum eius sunt: CIVS *de Praga,* qui reliquit opusculum *contra im-* r *Wenceslaum Tiem, quoad praedicationem cruciatae* XXIII. atque alia contra Iacobum bohemum, nionis sub vtraque specie strenuum defensorem; amen ad hoc non tam ab Husso; quam a Petro i adductum esse, docti viri scribunt: STEPHANVS, artusiae dolanensis et postea olomucensis, cuius *anti-Hussus: dialogus volatilis inter aucam,* hoc erem, *et passerem aduersus Hussum* ac *liber epistolaris as:** STEPHANVS PALETZ, qui elaborauit *anti-* opus satis amplum: IOANNES HOFFMANNVS, DVS REINLEIN atque alii. Ipse Hussus cum suis congressus est seque ab illis defendit, quod bat eius *responsio ad scripta Stephani Paletz;* item *ad scripta Stanislai de Znoyma* ac *refutatio scripti torum theologiae.* Plura de Hussi scriptis infra in de controuersiis recentioribus cum pontificiis

* z *thesaur. nouissim. anecdotor. tom.* IV. *part.* 2. p. 361. sqq.



CAPITIS QVINTI DE SCRIPTIS THEOLOGIAE POLEMICAE SECTIO IV. DE SCRIPTIS CONTROVERSIARVM RECENTIORIBVS IISQVE VNIVERSIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Scripta recentiora controuerſiarum diuiduntur in generalia, et ſpecialia, §. I.

Illa enarrantur, ſcilicet lutheranorum, §. II.
Reformatorum, §. III.
Ac pontificiorum, §. IV.

Recentiorum ſcriptorum, in quibus controuerſiæ tractantur diiudicanturque, duo genera commode conſtitui poſſunt, ita vt alia ſint *generalia:* alia *ſpecialia.*

menta præbet laudemque sibi merito vindicat, in
a principes sectarum auctores disputari:*
DEM. BECHMANNI *theologia polemica*, Ien. MDCCII.
Io. Franc. Buddei præfatione de origine et caussis er-
in theologia, ibidem MDCCX. 4. maxime non satis in
uersiarum theologicarum studio exercitatis ad maio-
ogressiones commendanda, quia auctor more suo
r plane, perspicue, distincte breuiterque proponit:
ST. CHRISTOPH. SCHOMERI *collegium nouissimarum
uersiarum in vniuersam theologiam*, cum *Io. Fechtii* præ-
e et *Henric. Ascanii Engelke* dissertatione de *sententiis,
uram sacram iniuriis et in tractanda illa minus tutis*,
h. MDCCIII. MDCCXI. 4. vbi præcipue disquisitio le-
i est controuersiarum arminianarum, iansenianarum, ca-
rum, cartesianarum et coccejanarum, ac nonnumquam
Hobbesium ac Spinozam disputatur; liber tamen
satis elaboratus est:**
ACHAR. GRAPII *fasciculus controuersiarum theologica-
et quidem exoticarum, quæ recentioribus his temporibus
nt motæ*, Rostoch. MDCCV. 4. *theologia recens controuersa*,
m MDCCVI. 4. ac multis accessionibus locupletata,
CX. 4. quæ editio tamen caret dissertatione de *contro-
paionismi in articulo de verbi diuini influxu in conuer-
s*; item *theologia recens controuersa continuata*, Rostoch.
CXI. 4. et *theologia recens controuersa absoluta*, ibidem
CXII. 4. cuius operis partes quum separatim adhuc
iissent, postea illæ vno volumine coniunctæ lucem ad-
runt, inscriptione insignitæ: *systema nouissimarum con-
rsiarum; seu theologia recens controuersa, quatuor tomis
uta*, Rostoch. MDCCXVIII. MDCCXXII. MDCCXXXIX.
næ MDCCXIX. 4.*** magnamque existimationem ob talem
minum recentissimorum copiam, qualem nullum opus
pole-

lung von alten vnd neuen theolog. sachen, 1733. p. 948. FABRI-
CII *histor. biblioth. part.* IV. p. 393. LILIENTHALII *theol.
biblioth. tom.* I. p. 444.
nf. *die vnschuldige nachrichten*, 1704. p. 180. LILIENTHALII
theolog. biblioth. tom. I. p. 450.
ct. erudit. or. MDCCXIX. p. 87. *vermischte biblioth. tom.* II. p. 520.
LILIENTHALII *theolog. biblioth. tom.* I. p. 450.

trouerſiæ potiores, quæ *ſocinianis, anabaptiſtis,* *caluinianis, auctore p* *bus nobis intercedunt* *fidei methodum ſunt re* quinque ac viginti di nem *Io. Georg. Dorſche*

MICHAEL SIRIC *heterodoxis antiquis* MDCLXIX. 4. vbi max de tribus perſonis, pat

KILIAN. RVDRAV *theologicarum per totum* MDCCXIX. 4. præter quas adducitur:

CASP. HEVNISCH *niſchius redíuiuus*, edi MDCXCIX. 4. non ſolum ctandi methodum; ſed de controuerſiis conſule

IO. MVSAEI *collegium*

rmanica Hal. MDCCXXXII. 4. editum et ad ordi-
in BREITHAVPTII *thesibus* dogmata tradita sunt,
datum eaque compositum ratione, vt quamuis,
ıtandi leges præscribunt, illa non adcurate, sint
ex eo tamen solida cæleſtium doctrinarum cogni-
gia iudicandi facultas ac laudabile sanctimoniæ
:luceant: *

HRISTIAN. KLEMMII *theologia christiana, maxi-
ca, eaque potissimum nouior; siue de fide, religione
s*, Tubing MDCCLI. 4.

:TRI REVSCHII *theologia polemica*, quam in lu-
tere cœpit cuiusque prima pars Ien. MDCCLIV. 4.
: quum auctor præscripsit sibi ordinem locorum
ɔrum, duæ de scriptura sacra quæstiones contro-
tera: quinam libri sint canonici? altera: vnde
scripturæ sacræ dependeat? in ista copiose at-
te pertractatæ ac diiudicatæ sunt:

ɩNEST. SCHVBERTI *institutiones theologiæ pole-
ıarum* duæ partes, Ien. MDCCLVI. 8. exierunt.
est *dissertatio proemialis de theologia polemica natu-
: necessitate*. In prima operis parte contra atheos,
ıs, iudæos, mahommedas: secunda cum contra
, papatu antiquiores, eosque manichæos, arianos,
ınos, nestorianos, eutychianos, pelagianos et se-
nos; tum pontificios ac græcos disputatur atque
licium æque ac eruditionem monstrat.

narratis scriptis adiungenda sunt illa, quæ com-
eologiæ polemicæ exhibent, cuius generis sunt:

SEVERIN. SCVLTETI *stereoma doctrinæ euange-
is reformatorum, romano-catholicorum et socinistarum
oſitum*, Lipſ. MDCXCII. 8.

MVLLERI *compendium theologiæ polemicæ*, Tu-
:CVII. 8.

ORG. NEVMANNI *theologia aphoristica, in qua sen-
odoxa, recentioribus potissimum aduersariis opposita,
aphorismis perspicue proponitur et selectis argumen-
tis*

n alten vnd neuen theolog. sachen, 1733. p. 138. LILIEN-
theol. biblioth. tom. 1. p. 456.

... FABRICII *con*
delicet earum, quae no
iudaeis, mahommedanis,
formatis, Helmst. MDCC
que emendatior in luc
solas controuersias cur
lo: *consideratio controu*
mano catholicos reforma
Opus est, caute legend
rationem sectatur aliis
cum pontificiis non m
cum nostris coniungi p
quod syncretismus adp

BERN. VON SANDI
Regiom. MDCCXV. 4. qu
constat: *

PAVLLI ANTONII
fundamentale, post aucto

* *vnschuldige nachrichten*, 17
biblioth. tom. I. p. 449.
** *act. erudit.* MDCCIV. p. 44
*** HEIMMANNI *catalog. biblio*

ғʀᴀɴᴄ. ʙᴠᴅᴅᴇɪ *delineatio commentationis de veri-*
tionis euangelicae, prout lutherana eam profitetur eccle-
MDCCXXIX. 8. ac germanice sub inscriptione:
ze der polemischen theologie, cum praefatione mea,
CCL. 8. quod compendium ita conscriptum est, vt
ita generalia pro veritate religionis lutheranae
ontificios, reformatos, socinianos, remonstrantes,
tas, fanaticos, separatistas exhibeat. Versioni ad-
auctoris commentatio de *theologia polemica studio,*
sobrie instituendo, itidem e latino in germanicum
:

ʀᴇɴᴛɪɪ ʀᴇɪɴʜᴀʀᴅɪ *theologia polemica*, tribus
partibus, quarum prima pontificiis, speciatim ca-
romano ac Canisio, graecis ac ruthenis: secunda
tis atque arminianis: tertia socinianis et vnitariis
est, Vinar. MDCCXLV. 8.* Liber vtilis ac laude
licet non satis adcurate diligenterque scriptus:

ʀ. ʟᴠᴅᴏᴠ. ᴋᴏᴇɴɪɢsᴍᴀɴɴɪ *vertheidigung der*
eligion; oder entwurf der wichtigsten religionsstrei-
in vnd ausserhalb der christeuangelischen kirchen,
IDCCXLIX. 8. quem librum in lucem produxit
isenius atque addidit non solum praefationem con-
mannum narrationemque de vita auctoris; sed et-
illustrandi caussa adnotationes. Scriptus iste est
eo consilio, vt in peregrinationibus ad constan-
doctrinae professionem adiumentum praeberet;
n de caussa minus complectitur adcuratiorem con-
rum tractationem cunctaque breuiter sunt tradita:

ᴍ. ɪᴀᴄ. ʙᴀᴠᴍɢᴀʀᴛᴇɴɪɪ *kurzer begrief der theo-*
streitigkeiten, libellus a *Io. Philipp. Christ. Basto*,
ad Moen. MDCCL. 8. editus, in quo controuersiae
is fidei articulis breuiter diligenterque, vna cum
tis aduersariorum enarrantur:

sᴛ. ᴍᴀᴛᴛʜ. ᴘғᴀғғɪɪ *plan von grundfragen vber*
ogiam polemicam; oder die religionsstrittigkeiten,
MDCCLII. 8.

Horum

* *von alten vnd neuen theolog. sachen* 1750. p. 848.

hodiernis pontificiis, *caluinianis*, *socinistis*, *fanaticis*, *cocceianis et cartesianis*, *græcis*, *iuda* *rariis; siue rationalistis*, cum præfatione de theologicis, Lipſ. MDCCX. 8. liber, qui largior bet non ſolum per *introductiones præliminar* nopſibus præmiſſas; ſed etiam ob ſuppedi auctorum, qui partim vt aduerſarii; partim de quouis dogmate legendi ſunt; præterea dinem ſectarum ſeruatum. Antea *ſynopſes* h tationes, ſigillatim prodierunt ab anno MD iterum litteris deſcriptæ ſunt: **

IO. ANDR. SCHMIDII *breuiarium theologi* *hibens præcipuas controuerſias cum pontificiis* *ſocinianis*, Helmſtad. MDCCX. 8. *** quod ite ſcribendum curauit *Frid. Andr. Zuliebius* a *nem de vera indole ſtudii polemici ſacri* adiecit, Ie Exiit quoque in lucem eiusdem *breuiarium* *mica*, *ſpecimen controuerſiarum generalium* *exhibens*, Helmſt. MDCCXVIII. 8. *

---

* *acta eruditorum* MDCCX. p. 347. *vnſchuldige nachric* *neue biblioth. part.* IX. p. 815. *vnpartheyiſcher b*

IO. FRANC. BVDDEI *delineatio commentationis de veritate religionis euangelicæ, prout lutherana eam profitetur ecclesia*, Ien. MDCCXXIX. 8. ac germanice sub inscriptione: *grundsatze der polemischen theologie*, cum præfatione mea, Ienæ MDCCL. 8. quod compendium ita conscriptum est, vt argumenta generalia pro veritate religionis lutheranæ contra pontificios, reformatos, socinianos, remonstrantes, enthusiastas, fanaticos, separatistas exhibeat. Versioni addita est auctoris commentatio de *theologiæ polemicæ studio, solide ac sobrie instituendo*, itidem e latino in germanicum conuersa:

LAVRENTII REINHARDI[r] *theologia polemica*, tribus constans partibus, quarum prima pontificiis, speciatim catechismo romano ac Canisio, græcis ac ruthenis: secunda reformatis atque arminianis: tertia socinianis et vnitariis opposita est, Vinar. MDCCXLV. 8.* Liber vtilis ac laude dignus; licet non satis adcurate diligenterque scriptus:

ANDR. LVDOV. KOENIGSMANNI *vertheidigung der wahren religion; oder entwurf der wichtigsten religionsstreitigkeiten in vnd ausserhalb der christeuangelischen kirchen*, Lubec. MDCCXLIX. 8. quem librum in lucem produxit *Petr. Hanssenius* atque addidit non solum præfationem contra Edelmannum narrationemque de vita auctoris; sed etiam illius illustrandi caussa adnotationes. Scriptus iste est præcipue eo consilio, vt in peregrinationibus ad constantem veræ doctrinæ professionem adiumentum præberet; hac autem de caussa minus complectitur adcuratiorem controuersiarum tractationem cunctaque breuiter sunt tradita:

SIEGM. IAC. BAVMGARTENII *kurzer begrief der theologischen streitigkeiten*, libellus a *Io. Philipp. Christ. Basto*, Francof. ad Mœn. MDCCL. 8. editus, in quo controuersiæ de singulis fidei articulis breuiter diligenterque, vna cum argumentis aduersariorum enarrantur:

CHRIST. MATTH. PFAFFII *plan von grundfragen vber die theologiam polemicam; oder die religionsstrittigkeiten*, Tubing. MDCCLII. 8.

Horum

[r] *samlung von alten vnd neuen theolog. sachen* 1750. p. 848.

maxime accommodatum ac perutile, quia
nitur, quibus aduerſarii ad dogmata ſua
ducti fuerint atque origines errorum ex
ſtoriæ eccleſiaſticæ explicantur. Nec a loci
næ ſunt VAL. ERN. LOESCHERI *prænot*
Vitemb. MDCCVIII. 4. vtpote quibus contra
liſtas, ſcepticos, indifferentiſtas, fanaticos at
ſarios diſputatur. Mentionem earum et poſ
atheis oppoſita, faciam.

Referri et ad ordinem horum ſcriptoru
DOVICI SCHALLINGII *ſynopſis doctrinæ ve*
ficiorum, caluinianorum, photinianorum et ſ
MDCXIX. 8. IO. HIMMELII *controuerſiæ theo*
ficiis, photinianis et caluinianis, Lipſ. MDCX
REICHMANNI *breuiarium theologico-contr*
nice, Plau. MDCLXXVIII. 4. VALENTIN. VE
tationes theolog. controuerſiarum, Ien. MDCLX
GOTTFR. MASII *ſumma theologiæ p*
MDCLXXXIV. 4. ac poſtea ſemel atque ite
formis expreſſa: ** HENR. IOANN. ELEBR
tationes theologicæ, Francof. MDCXCIX. quib
reuelatione, ſcriptura, deo et attributis di
creatione, angelo increato, angelis bonis et

[redacted]

cras; tertia autem, nunc addita, viginti dispu-
llarmino oppositæ, comprehensæ sunt. Cum
s his coniungenda est: IO. ERNEST. GER-
*oge decadum theologicarum, in quibus potiores
theologicæ, thesibus succinctis comprehensæ, una
nibus ad doctorum scripta, in quibus easdem tra-
untur*, quæ cura *Io. Ernest. Gerhardi*, filii Io.
hardi ac nepotis Io. Gerhardi, Ien. MDCXCI. 4.
diit. Eodem iure hic locum sibi vindicat: IO.
INI *syntagma exercitationum academicarum*, in
diuisum, quarum prioris argumenta pleraque
ica ac de dogmatibus exponunt, inter nos ac
reformatos et photinianos controuersis. Emi-
em *Georgius Mœbius*, Lips. MDCLXXIV. 4. antea
prodierat cum *syllabus exercitationum theologi-
a* ipsius AFFELMANNI, MDCXX. tum eiusdem
ercitationum, Rostoch. MDCXXIII. minus tamen
tum; ac illud, quod Mœbius diuulgandum

§. III.

formatæ ecclesiæ doctores non defuerunt,
rsariis resisterent ac dogmata sua tuerentur,
nica eaque vniuersa in lucem proferrent
r ac celebritatem nominis sibi conciliarent.
n illa inter se, siue ad ordinem controuer-
m seruarunt; siue ad tractandi ac dispu-
em animum aduertere velimus. Generis
ti istis ad posteros transmissi, sunt sequentes:

NRIC. ALSTEDII *theologia polemica*, Hanou.
DCXXVII. 4.

MARESII *theologiæ elenchticæ synopsis*, Groning.
4.

C. ALTINGII *theologia elenchtica noua*, Amstel.
asil. MDCLXXIX. 4.

HORNBEEKII *summa controuersiarum religionis cum
hæreticis, schismaticis*, Trai. ad Rhen. MDCLVIII.
MDCLXXXIX. Francof. MDCXCVII. 8. liber, quo
historia religionum, sectarum ac controuersia-

 rum

vnter einander; ingleichen der vornehmsten zwi-
schen der lutherischen vnd vbrigen religionen,
et iterum cum accessionibus ibidem MDCC
dium, quod noua eaque perutili methodo
ac cultoribus theologiæ controuersæ mult
debet: opus, quod cum inscriptione: *hist*
logische einleitung in die religionsstreitigkeit
cem emissum est, Ienæ ab anno MDCCXXIV.
teris iterum descriptum. Constat id decem
quinque priores controuersias, extra ecc
agitatas; quinque posteriores autem cert
sanctiori nostro cœtu exorta, exhibent.

Denique laudanda sunt: IO. GERHARD
na disputationum, nimirum: *decas disputati*
rum, in quibus gloria dei per corruptelas ponti
nas et photinianas labefactari, ostenditur, Ien.
sub titulo: *errores pontificiorum, caluinianor*
norum recensiti et labefactati, Ien. MDCLXIX.
tici refutantur, licet nulla eorum in inscri
facta sit: *hexadecas disputationum theologica*
studium veræ et sinceræ pietatis per pontificias,
photinianas doctrinæ cælestis corruptelas labefac
Ien. MDCXXI. 4. *disputationum theologicarum*

...uersiarum theologicarum,
...d. Batau. MDCLXXVIII. 8.
... theologia elenchtica,
...III. 4. tribus vo-
...ctoris, Lugd.
...oratur re-
... Ope-
...um
...enchti-

...ia elenchtica,
...ristiana religio-
...s eius sectis inter-
...eligionis, per aphoris-
...ecker. MDCCII. 8. addi-
...CCXV. 8. separatim prodiit:
... ψευδῶν aduersariorum, 8. quo
...um, remonstrantium, anabaptista-
...um, breuiter recensentur ac qualis eorum

...PICTETI syllabus controuersiarum, Geneu.
...cuius et germanice exstat: schriftmæsige glau-
... der naturlichen, heydnischen, turckischen, iudi-
... christlichen religion, MDCCXXX. 8.
...ER. ADOLPH. LAMPII rudimenta theologiæ elenchti-
...MDCCXXIX. 8.
...M. GERDESII elenchus veritatum, circa quas defen-
...uersatur theologia elenchtica, Groning. MDCCXL. 4
...elegantissimum, quo ordine locorum theologi
... antiquiores et recentiores ac cuiuscumqu
... errores, distincte ac perspicue notantur ac reiiciuntur
... breuiter, distincte ac perspicue notantur ac reiiciuntur
... FRIDER. STAPFERI institutiones theologiæ polemicæ
... ordine scientifico dispositæ, quinque tomis, quorum
... Tigur. MDCCXLIII. vltimus autem MDCCXLVII. 8 pro-

... p. 326. Spanhemium, quando de controuersiis cum græ-
... et orientalibus agat, sine iudicio cuncta compilasse.
... editor. MDCLXXXII. p. 207.
...LIENTHALII theolog. biblioth. tom. I. p. 756.

rum breuiter describitur ac qui theologiæ polemicæ studiosis vtilitatem adfert. Prodiit A. F. P. siue, qui sub litteris his latet, ARNOLDI POELENBVRGII, *epistola ad* C. H. id est, Christianum Hartzœckerum, *in qua liber octauus summa controuersiarum Io. Hoornbeekii, qui est aduersus remonstrantes, refellitur*, Amstel. MDCLV. 8.

ANDR. ESSENII *synopsis controuersiarum theologicarum* Amstel. MDCLXI. et Vltrai. MDCLXXVII. 8. cuius etiam exstat: *sylloge locorum totius sacræ scripturæ, quibus aduersarii abuti solent*, Vltrai. MDCXCVI. 8.

IO. MELCHIOR. STEINBERGII *controuersiæ ex vniuersa theologia*, Herborn. MDCLXVII. 4.

FRIDER. SPANHEMII *elenchus controuersiarum de religione, cum dissidentibus hodie christianis, prolixe et cum iudæis, historico-theologicus*, Lugdun. Batau. MDCLXXXVII. 12. auctior Amstel. MDCXCIV. 8. ibidem MDCCI. 8. MDCCV. 8. Basil. MDCCXIV. 4. MDCCXIX. 8.* opus, quod per totam theologiam polemicam se diffundit et ob eruditionem, rerum copiam, breuitatem atque ordinem omnibus sanctioris huius doctrinæ studiosis diligenter commendandum. Quo ibi de re-

ANTONII HVLSII *systema controuersiarum theologicarum, in XVIII. locos communes digestum*, Lugd. Batau. MDCLXXVIII. 8.

FRANC. TVRRETTINI *institutiones theologiae elenchticae*, Geneu. MDCLXXXII. 4.* ibidem MDCLXXXVIII. 4. tribus voluminibus, cum oratione de vita et obitu auctoris, Lugd. Batau. MDCXCVI. 4. praeter quas editiones memoratur recentior eaque Traiect. ad Rhen. MDCCXXXIV. 4. emissa. Operis huius, diligenter ac perspicue concinnati, compendium fere in LEON. RYSSENII *summa theologiae didactico-elenchtica*, Bern. MDCCIII. 8. exhibetur: **

CAMPEGII VITRINGAE *hypotyposis theologiae elenchticae, grauiores exhibens controuersias, quae super christianae religionis doctrina ecclesiae reformatae cum diuersis eius sectis intercedunt*, quae *doctrinae* eius *christianae religionis, per aphorismos summatim descriptae*, editioni Franecker. MDCCII. 8. addita est; post ea autem Herborn. MDCCXV. 8. separatim prodiit:

SALOM. VAN TIL *πρῶτα ψεῦδη aduersariorum*, 8. quo libello errores pontificiorum, remonstrantium, anabaptistarum ac socinianorum breuiter recensentur ac qualis eorum sit origo, ostenditur:

BENEDICT. PICTETI *syllabus controuersiarum*, Geneu. MDCCXI. 12. cuius et germanice exstat: *schriftmaesige glaubenspruefung der naturlichen, heydnischen, turckischen, iudischen vnd christlichen religion*, MDCCXXX. 8.

FRIDER. ADOLPH. LAMPII *rudimenta theologiae elenchticae*, Brem. MDCCXXIX. 8.

DAN. GERDESII *elenchus veritatum, circa quas defendendas versatur theologia elenchtica*, Groning. MDCCXL. 4 opusculum elegantissimum, quo ordine locorum theologicorum errores, antiquiores et recentiores ac cuiuscumque sectae, breuiter, distincte ac perspicue notantur ac reiiciuntur

IO. FRIDER. STAPFERI *institutiones theologiae polemicae uniuersae, ordine scientifico dispositae*, quinque tomis, quorum primus Tigur. MDCCXLIII. vltimus autem MDCCXLVII. 8

cap. 22. p. 326. Spanhemium, quando de controuersiis cum graecis et orientalibus agat, sine iudicio cuncta compilasse.

* *acta erudit*or. MDCLXXXII. p. 207.

** LILIENTHALII *theolog. biblioth. tom.* I. p. 756.

ea autem, quæ ab
doctrinæ, refellantu
pontificis fui existi
pariter atque auge
est, cur pro errorib
que patefactam ver
tes, pugnent ac mu
et malitiosam disput
scripta sunt:

ALPHONSI DE
reses, in quibus r
quarum memoria e
usque seculum in ec
non solum recenser
cundum litterarum
cræ exhibeant. O
ac legendi, multoru
vidit: primum Pa
MDXLIII. fol. Vene
id auctor tertium re
et MDLXVIII. iterum
dicet FRANC. FEVAR
XL. hæreses vel ab

[redacted]

ribus, Parif. MDLXXVIII. fol.* Gallicam operis hu-
ionem dedit *Hermantius* eamque ita adornauit, vt
mutaret: hæreses non secundum argumentorum;
m, a quibus istæ profectæ sunt, ordinem exhiberet
› auctore haud memoratas adderet, Rothomag.
[. tribus voluminibus 12.** Liber est non plane
endus. Auctor non semper recte iudicat; atta-
a multis falsis miscet ac ea tradit, quæ ipsis ponti-
›licent:***

ERT. BELLARMINI opus de *controuersiis christianæ*
rsus huius temporis hæreticos, quatuor tomis, quo-
no exponitur de verbo dei scripto et non scripto:
:o, capite totius ecclesiæ: de summo pontifice, ca-
:tantis ecclesiæ: *secundo* de ecclesia militante, eius
:, clericis, monachis, laicis: de ecclesia in purga-
que in cælis, cui adnexa sunt opuscula quædam:
: ad libros de summo pontifice: de translatione
imperii libri tres: adpendix ad disputationem de
aginum: de indulgentiis: iudicium de concordia
orum: apologia pro eo: recognitio auctoris
librorum suorum: *tertio* de sacramentis in gene-
aptismo et confirmatione: de eucharistia et sacri-
ſæ: de pœnitentia: de sacramentis ceteris: *quarto*
a primi hominis et statu innocentiæ: de gratiæ
e et statu peccati: de gratiæ reparatione et statu
orum per christum. Tot diuersasque operis hu-
ones adcurate percensere, ardua fereres est. Suffi-
t non omnes; quasdam tamen easque potiores in-
Sunt illæ ingolstadienses MDLXXXVI. fol.
.VII. 8. MDLXXXVIII. MDXC. fol. MDXCIII. MDXCVI.
I. MDXCIX. MDCI. fol. quæ vltima editio hunc ti-
:æfert: *opus ab ipsomet auctore nunc demum auctum,*

 reco-

:IGVS in *scriptoribus ordin. minor.* p. 11. 117. In *catalog.*
b. bodleianæ part. 1. p. 148. memoratur editio horum *operum*
MDLXXXI.

des sçauans MDCCXII. *mens. nouembr.* p. 536.

ANTONIVM *biblioth. hispan. nou. part.* 1, p. 12. Bellarminus
illa in opere hoc reprehendit; defensorem autem se præ-
VADDINGVS in *scriptoribus ordinis minorum*, p. 11. sq.

quam interpolatæ ac
LARMINVS in lu
omnium Roberti Bella
comparatum, vt ex e
editionibus *controuer*
Rom. MDCVII. et Ing
ea editiones, quæ rel
nonnulli Bellarmini
controuersiarum redac
tulo: *demonstratio fi*
sis, Antuerp. MDCXI.
et a IO. ANDR. COPP
Numerus eorum ing
Inter nostrates labor
NIVS in *prima contro*
scripto examinata et r
HVBERVS in *anti - B*
rum, quæ aduersus
fecia sua religione tom
minus, sex libris, G
MDCVII. secundus, te

[redacted]

CIX. Opus est rarum.* Sequuti hos sunt: TTERVS, cuius exstant libri de *verbo dei* *persona christi*, Vitemb. MDCX. 8. et de *sacrificio missatico* contra Bellarminum, Vitemb. MDCIV. 8. EISNERVS *disput. aduersus Bellarmini tom.* I. DCXIV. SALOM. GESNERVS de *conciliis*, conimum, Vitemb. MDCX. 8. IACOB. RENECCIdidit: *panopliam*, *id est*, *armaturam theologicam uibus omnia Bellarmini deliria refutantur*, Vitemb. I. fol. IO. GERHARDVS, cuius huc spectant: *s synoptica*, *in quibus dogmata papalia iuxta Sellarmino obseruatam*, *succincte expenduntur*, Ien. et sub titulo: *εἰκὰς disputationum theologican* MDCXXIX. 4. de eiusdem autem *Bellarmino*, *teste*, postea differam: ISAAC. FROERREISENIVS, it: *scrutinium panopliae bellarminianae*, tribus vo-, Argentorat. MDCXXII. MDCXXIV. 8. vna cum *ynopticis* contra Bellarminum: THEOD. THVMi de *erroribus Bellarmini*, Tubing. MDCXXIV. 4. GEORG. ALBERTI, cuius prodiit: *anti-Bellaricus*, *hoc est*, *controuersiarum pontificiarum solida quatuor tomis Bellarmini*, Nordling MDCXXXIII. 4. G. DORSCHEVS in *sylloge vindiciarum et animadad Bellarmini in quatuor tomis controuersiarum gationes ex exodi mosaicae capitibus* I. II. III. IV. duabus, cuius secunda editio auctior Argentor. 4. lucem adspexit: IO. HVLSEMANNVS, qui *nimaduersiones in Bellarmini tomi primi controuer-r.* I. Vitemb. MDCXLIV. 12.** IO. ADAM. RVS in *anti-Bellarmino; siue in quatuor tomos arum Bellarmini disputationibus academicis*, Lips.

Tt 5 MDCLXXXI.

TII *catalog. libror. rarior.* p. 354. Hunc atque alios siscriptionis, *anti-Bellarmini*, libros, Scherzeri, Vorstii, , Polani a Polansdorf, Crocii, postea a me sigillatim norandos, BAILLETVS *des satires personnelles tom.* I. sq. recenset ac contemtim de iis iudicat; prauam autem significat atque ostendit, se religionis suae caussa admultum indulgere.

one formae quartae videatur CRENIVS *animaduers. part.*

DANAEL *responsio*
rebus in theologia c
duobus voluminib
ecclesia; *collati cu*
MDCVII: 8. MATT
posita, eaque libr
ecclesia: Londin. M
clesia. Londin. MI
auctoritate, ibidem
ribus, ibidem; libr
synagoga de euchari
gentiis et iubilaeo, i
disputatio de sacra s
controuersia de conc
item de *sacramenti*
ac grauiter contra
tat, vt ipsi aduer
laudent: ** FRAN
controuersias septem
de christo, capite
conciliis et ecclesia
tantis: de ecclesia,
umphante, quae L

Bellarminum, duobus tomis, Oppenheim. MDCXI. 4. opus, quod magnam laudem eruditionis adcurationisque atque existimationem, apud ipsos quoque praesulis romani adsectatores, merito habet? * DAVID. PAREI *castigatio in Bellarmini librum de gratia primi hominis*, Heidelb. MDCXII. 8. *castigatio in quatuor libros Bellarmini de amissione gratiae et statu peccati*, Heidelb. MDCXIII. 8. *castigatio in quinque libros Bellarmini de iustificatione impii*, ibidem MDCXV. 8. *notae in Bellarmini librum de verbo dei scripto*, ibidem: AMANDI POLANI A POLANSDORF *sylloge thesium theologicarum*, contra Bellarminum, Basil. MDCI. 8. et *collegium anti-bellarminianum*, Basil. MDCXIII. 8. DAN. TILENI *notae et animaduersiones in duas controuersias Bellarmini*, videlicet de christo, capite ecclesiae, et de summo pontifice, Sedan. MDCXIX. ac *notae et animaduersiones in Bellarminum de verbo dei scripto et non scripto*, Sedan. MDCXVIII. 4. ANDR. WILLETI *disputationes theologicae*, Lugd. Batau. MDCXLIX. 8. GVIL. AMESII *Bellarminus eneruatus*, in quatuor tomos diuisus, Amstelod. MDCXVIII. 12. Franeck. MDCXXV. 8. Amstel. MDCXXVII. MDCXXX. 12. Londin. MDCXXXIII. 12. ac quae editio est, ab auctore recognita atque aucta, MDCLVIII. ** LVDOV. CROCII *Bellarmini theologia polemica abbreuiata*, LIV. *disputationibus antibellarminianis*, Brem. MDCXXXII. 8. *disputat. de christo, capite ecclesiae vnico et vero*, itidem contra Bellarminum, Brem. MDCXII. 8. praeter quae scripta adducitur eiusdem *periculum opinionum aliquot praeiudicatarum Bellarmini*, ibidem MDCXLIV. 8. Inter arminianos cum celebri hoc ecclesiae romanae doctore ac defensore congressus est CONR. VORSTIVS atque aduersus eum pugnauit in *anti-Bellarmino contracto, hoc est, compendioso examine omnium controuersiarum fidei, quae inter euangelicos et pontificios agitantur, prout eas Rob. Bellarminus tomis IV. controuersiarum complexus est*, Hanou. MDCX. 4. *** Quemadmodum multi

* conf. SIMONEM excitat. loco.

** *samlung von alten und neuen theologischen sachen*, 1720. p. 617. NICERONII *memoir. tom.* XXXVII. p. 281.

*** conf. MOLLERI *Cimbriam litterat. tom.* II. p. 948. FABRICII *histor. biblioth. part.* V. p. 14.

multi Bellarminum refutarunt; ita non pauci exstiterunt, qui eum defenderent. Eminent inter eos: IO. ANDR. EVDAEMON, cuius in lucem exiit: *castigatio eorum, quae Danaeus scripsit aduersus Bellarminum*, Ingolstad. MDCV. 4. IACOB. GRETSERVS, loco hoc memorandus cum ob *controuersiarum Bellarmini defensionem*, duobus tomis, Ingolstad. MDCVII. et MDCIX. fol. tum ob *vindicias bellarminianas*, itidem duobus tomis, Ingolstad. MDCXI. 4. ADAM. CONZEN, qui in lucem protulit librum, inscriptum: *crudelitas et idolum caluinistarum reuelatum; seu defensio trium librorum Bellarmini de peccato*, contra Pareum, Mogunt. MDCXIV. 8. VITVS ERBERMANNVS, qui dedit: *Bellarminum vindicatum a cauillis Amesii et aliorum*, Franc. MDCLXI. 12.* Quamuis autem Bellarminus animum studiumque maxime ad id retulerit, vt caussam curiae romanae ageret; tantum tamen abfuit, vt opus eius omnibus, qui romanis sacris addicti sunt, plane se probaret; vt nonnullis illud displiceret, partim propter sententias, receptae doctrinae haud congruentes; partim ob adhibita argumenta nullius momenti neglectamque in adducendis testimo-

[redacted]

...; Ien. MDCLVIII. 4. Inter reformatos ANDR. ...STOVIVS *bellum iesuiticum*, Basil. MDXCIV. edidit, ...o CCV. contradictiones iesuitis obiicit atque ostendit, ...minum sæpe cum aliis iesuitis ac nonnumquam et ... pugnare. * Lites præterea sunt inter præsulis ro... sectatores, num Bellarminus dominicanorum; an ...rum dogma de auxiliis gratiæ adprobauerit, ac quæ... familia eum ad partes suas trahere adnititur. Inter ...dominicani denotant, quasdam operis *controuersiarum* ...iones, in gratiam iesuitarum; vel molinistarum de... ...tas fuisse. ** Opus ipsum, de quo nunc disserui, ab ...lis pontificis romani summis laudibus ornatur. Nec ...dum est, Bellarminum multis controuersiarum scri... ...bus, quibuscum communia sacra habuit, præferen... esse et eruditione et scribendi genere et moderatio... ...creque eum, qui dogmata ecclesiæ romanæ vna cum ...m argumentis intelligendi, cupiditatem habet, con... ...re sibi, vbi libros hos legat. Sed quum omnem ope... ...ad defensionem religionis suæ adhibuit, efficit hoc, ...psi et princeps locus inter veræ doctrinæ aduersarios ...i debeat: ***

...THOMAE DE IESV; siue DIDACI DAVILAE, *the...rus sapientiæ diuinæ in gentium omnium salute procuranda, ...smaticorum, hæreticorum, iudæorum, saracenorum cete...rumque infidelium errores demonstrans: impiissimarum secta...rum,*

...morat hoc BAELIVS *dictionair. histor. et critiq.* voce *Bellarmi...* adde MAYERI *eclog. de fide Baronii et Bellarmini, ipsis pon...tificiis ambigua,* §. 155. sqq.

...pro dominicanis scripserunt: auctor libri: *histoire abregée des congregations de auxiliis* p. 81. inprimis LE BLANC; siue, quod verum eius nomen est, SERRY *histor. congregation. de auxiliis gratiæ diuinæ libr.* I. *cap.* 15. et *libr.* II. *cap.* I. sqq. pro iesuitis autem ELEVTHERIVS; siue DE MEYER *histor. controuersiar. de diuinæ gratiæ auxiliis libr.* II. *cap.* 20. et *histor. controuersiar. vindicata libr.* II. *cap.* II. et 12.

*** præter iam laudatos scriptores, de opere hoc Bellarmini legendi sunt: ALEGAMBE *bibliothec. scriptor societat. ies.* p. 411. sq. FABRICIVS *histor. bibliothec. part.* II. p. 104. REIMMANNVS *catalog. biblioth. theolog.* p. 472. LILIENTHALIVS in *der theolog. bibl. tom.* I. p. 646.

poris, in quinque li
Antuerp. MDCXX
MDCCXIX. 8. præte
cum interpretation
ac *compendio* huius
descripto. ** Auct
rum, de quibus co
atque existimat, ali
uinistarum: alias t
rum tantum: alias
rum; per *politicos* t
politicam æstimant
quæstiones propon
nentes, sicque ind
compendia polemic
præcipuum locum
mole, perspicuitate
men non caret, si e
haud referantur. S
vtitur atque ea neg
centur. Scholastica
magis sectatur; qua
ter ac reformatos fu

Becanum, duobus tomis, Lipſ. MDCXXVII. 8. et Gra-
n continuatum; ſiue duos tomos diſputationum anti-
icarum, Coſtero, Bellarmino, Becano oppoſitarum,
MDCXXII. 8. BALTH. HILSCHERVS examen libri ſe-
i manualis controuerſiarum Becani, Lipſ. MDCXXVIII. 8.
WELLERVS rationes Becani examinatas, an lutherani
erbum habeant, Vitemb. MDCLXXIX. 4. IO. HIMME-
s diſſertationes anti-becanianas, Ien. MDCXXXI. 4. et
num eneruatum, eodem loco et anno 4. MENNO
NEKENIVS examen manualis Becani de ſcriptura ſacra
aditionibus pontificiis, Marpurg. MDCXXXVII. 4. CHRI-
PH. SONNTAGIVS ſtricturas anti-becanianas, aduerſus
um primum et ſecundum manualis controuerſiarum, duas
diſſertationibus exhibitas, Altorf. MDCCVIII. *)
MVSAEVS quoque in collegio controuerſiarum ad-
ſus Becanum diſputauit, de quo ſupra diſſerui.
r reformatæ eccleſiæ doctores, qui Becano reſtite-
t, eminet IO. CROCIVS. In lucem emiſit non ſolum
adem diſſertationum theologicarum, quibus de veræ reli-
nis criterio contra pontificios, inprimis Becanum,
atatur, Francofurt. MDCXX. 4. ſed etiam anti-Becanum,
bus tomis, Caſell. MDCXLIII. 4. quumque theologi
untini prouinciam ſuſciperent, Becanum eiusque
inam defendendi, horumque nomine MELCHIOR
NAEVS animaduerſiones in anti Becanum Ioannis Crocii
et, Mogunt. MDCXLVII. 4. CROCIVS cauſſam ſuam
in anti-Becani iuſta vindicatione, Marpurg. MDCLIV.
bus tomis, 4. CORNAEVS autem iterum oppoſuit:
r Crocium, ſiue animaduerſiones iteratas in Ioann. Croci-
Herbipol. MDCLVIII. 4. **) Addunt nonnulli FRIDE-
RI BRAVNBOMII florum flaminiorum, romanenſium, pa-
m decadem vnam, Hanou. MDCXV. 4. quae animaduer-
s in Becanum contineantur, et ROBERTI BARCLAII
m Becani apologiam anglicanam adſertionem pro iure regio
proque

*) BAILLETVS des ſatires perſonnelles tom. I. p. 77. AEGID. HVNNI-
M anti-Becanum ſcripſiſſe refert; qui tamen in illius operibus
quod eſt; nec alii eius mentionem faciunt, quando Hunnii
cripta diligenter recenſent.
**) Conf. BAILLETVM dicto libro p. 77. ſqq.

OSIANDER, *responsi*
de ecclesia et *defen*
MDXCIII. MDXCIV
autem *paralysin fide*
libri quinque de *sa*
quinque de *vera chr*
nos vbiquitistas, MD
controuersis, ad mater
de numero et effic
baptismo paruuloru
mento eucharistiæ:
tantum specie: de
pœnarum timore co
satisfactione: de ord
mine: de indissolubil
de qua quinque libr
sanctorum, imaginum
pue aduersus Iacob.
de *diuersis aliis mate*
originali de officio p
toris: de vera ac falsa
gratia, iustificatione
probatione: de statu
[illegible]

rgatorio. Maiori fortaſſe iure volumen hoc in
umerari poteſt, quæ ſpeciatim controuerſias cum
s complectuntur: *
C. COSTERI *enchiridion controuerſiarum præcipua-*
ri temporis de religione, quod apud pontificios
exiſtimationem ſibi conciliauit, vti tot illius edi-
ſtantur. Exiit enim in lucem: Colon. MDLXXXV. 8.
. MDXCI. Colon. MDXCIX. MDCVIII. MDCXII.
. 8. ac præterea ſæpius. Idem confirmant illius
s. Translatum enim fuit in linguam belgicam,
cam, gallicam, italicam. Nec caret omni virtu-
librum, veluti compendium, commendat. Prodiit
nentum enchiridii controuerſiarum de religione, præ-
ſacramento, Colon. MDCV. 8. Inter illos, qui
Coſterum pugnarunt, locum tenet FRANC. GO-
Edidit hic *anti-Coſterum*, tribus libris conſtan-
ugdun. Batau. MDC. 8. ** COSTERVS autem
ſſa ſua ſcripſit primum *epiſtolam ad Franciſcum*
n, Colon. MDC. 8. deinde *apologiam pro enchiridio*,
MDCIV. 8. quæ in recentioribus editionibus ipſi
io adiungi ſolet. Eodem loco atque anno lucem
tractatus de eccleſia, itidem Gomaro oppoſitus;
autem *catholicorum contra hæreſin*, belgice Antuerp.
editum, nihil aliud eſſe, quam ipſum *enchiridion*,
iam belgicam conuerſum atque adnotationibus qui-
in *anti-Coſterum* auctum, referunt ſcriptores. ***
Gomarum, alii in certamen contra Coſterum vene-
que ex noſtrorum theologorum ordine: PHILIPP.
CHIVS, cuius exſtant: *diſputationes theologicæ de*
is doctrinæ chriſtianæ controuerſiis eccleſiarum auguſta-
feſſionis cum pontificiis, enchiridio Franciſci Coſteri
oppoſitæ,

* ir de eo: ANTONIVS *bibliothec. hiſpan. nou. tom.* I. p. 419.
ABRICIVS *hiſtor. bibliothec. part.* II. p. 92.

** it in eiusdem *oper. theologicor. part.* II. p. 141. Prodiit et
dem *ſpeculum veræ eccleſiæ chriſti*, itidem contra Coſterum,
iou. MDCIII. 8.

*** iis ſcriptis diſſerit BAILLETVS *des ſatires perſonnelles tom.* I.
124. ſqq.

commentarium, ab ipso editum et antea a me ...

ADAMI BVRGHABERI *theologia polemica*, ... *næ catholicorum doctorum adseruntur et hæret*... *refelluntur*, Friburg. MDCLXXX. fol. antea au... prodiit August. Vindelic. MDCLXXIV. fol. e...

IO. DEZII *la foi des chrétiens et des cat*... *contre les deistes*, *les iuifs*, *les mahometans*, *les* ... *autres heretiques*, Par. MDCCXIV. 12. **

CAIETANI FELICIS VERANI *theolo*... August. Vindelicor. MDCCXIX. fol. ***

MICHAELIS LE VASSEVR *defensio relig*... *contra omnes*, *quotquot habet*, *hostes*, *secundu*... *pia*, *tribus dialogis comprehensa*, gallice ... iterum Paris. MDCCXXI. 8. edita: *

VITI PICHLERI *cursus theologiæ polem*... duabus partibus, August. Vindelic. MDCC... doctrina ecclesiæ romanæ contra recentiores ... adpellantur, maxime lutheranos, scholasti... ratione defenditur: **

GODOFR. HANNENBERGII *theologia contr*... MDCCXXIII. 8. ***

ANONYMI *tractatio de vera religione ad*... *deistas*, *simulacrorum cultores*, *iudæos*, *muhamm*... *uersum religionis falsæ genus*, lingua gal...

auctor contra in titulo memoratos aduersarios ita disputat, vt probet, religionem christianam, speciatim pontificiam, esse veram; in certamine autem hoc nec vere semper; nec feliciter pugnat: *

SEBALD. A S. CHRISTOPHORO *theologia historico-polemica ex verbo dei scripto et tradito, conciliis oecumenicis, sacris canonibus, sanctis patribus*, ceter. *pro vindicanda contra haereticos, protestantes praesertim, lutheranos, caluinianos, romano-catholicae ecclesiae gloria*, duabus partibus, Bamberg. MDCCLI. fol. opus, quod praecipuas controuersias cum ecclesia romana exhibet, ea ratione, vt auctoris diligentiam ostendat; non alia tamen, nisi iam saepius proposita, ac confutata argumenta, complectatur. Iam enarratis scriptoribus merito adiungo: GVIL. BAILIVM, quia iuris publici fecit: *catechismum; seu epitomen controuersiarum nostri temporis circa religionem*, sermone gallico MDCIX. diuisum in quatuor partes, quarum prima praecipue de scriptura sacra: secunda de ecclesia militante: tertia de sacramentis ac quarta de iustificatione atque aliis beneficiis diuinis agitur. Inscriptionem quidem *catechismi* et methodum interrogandi ac respondendi is prae se habet; vbi tamen non ex modo tractandi, quem auctor adhibuit; sed ex argumentis, in eo expositis, aestimatur, locum suum cumque proprium inter scripta polemica iure tuetur. Redditus est catechismus hic cum latine studio *Henrici Lamormaini* atque editus Vienn. MDCXXVI. 8. Colon. MDCXXVII. 12. tum germanice, interprete *Pancratio Kreutlio*, Vien. MDCXXVIII. Copiose eum refutauit ANDREAS RIVETVS in *catholico orthodoxo; siue summa controuersiarum omnium inter orthodoxos et pontificios, in qua adcurate examinatur catechismus controuersiarum Bailii*, Lugd. Batau. MDCXXX. 4. et Geneu. MDCXLIV. fol. ** opere, quod iudicium atque eruditionem monstrat. ***

* *act. erudit. supplement. tom.* v. p. 6.

** quoque in eiusdem *operum theologicor. tom.* III. p. I.

*** catechismum hunc diligenter recenset KOECHERVS in *den catechetischen geschichte der paebstischen kirche* p. 155. sq.

CAPITIS QVINTI
DE
SCRIPTIS THEOLOGIAE POLEMICAE
SECTIO V.
DE
SCRIPTIS CONTROVERSIARVM CVM ATHEIS.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Exposita caussa, cur inter hostes veræ doctrinæ primus locus atheis adsignetur, §. I.
Enumerantur scripta primum illorum, ex quorum principiis recte conficitur, nullum esse deum, §. II.
Deinde ea, quibus partim probatur, summum exsistere numen, §. III. IV. V.
Partim confutantur athei, non solum vniuerse, §. VI.
Sed etiam ex illorum cætu certi quidam ac singulares, §. VII.
His adduntur scripta, quibus varia argumenta de atheismo explanantur, §. VIII.
Ac historia atheismi generatim speciatimque illustratur, §. IX.

QVVM aduersarii, contra quos pro vera doctrina

huiusmodi enumerandis auctores inter se discrepant aliique plura; alii pauciora referunt, ea de caussa, quia partim diuersas *athei* atque *atheismi* notiones in animis habent ac vocabulis his modo latiorem; modo angustiorem significandi vim tribuunt; partim horum scriptorum libros dissimili ratione interpretantur; nec omnes ea, quæ in illis tradita sunt, recte capiunt, siue intellectus; siue voluntatis tantum; siue vtriusque simul vitiis adducti, a vera sententia discedant. Ita sæpe de recta via ad extremitates se deflectunt ac peccant eo, quod vel nimium; vel exiguum est; hoc autem efficit, vt quidam numerum atheorum præter caussam augeant: quidam imminuant. Vtrumque quum vitiosum est, merito id deuitare atque inter illud medio loco positum amplecti decet, eo modo, vt primum vocem *athei* non late; sed anguste sumamus atque ab atheis separemus naturalistas aliosque similis generis homines: deinde vt videamus, ipsos atheos eosque, vti vocantur, theoreticos inter se differre, quum atheismus eorum vel vera animi persuasione; vel doctrina tantum, ab ipsis proposita atque adprobata, nititur, ac denique vt non alias peruersæ doctrinæ consequentias admittamus, nisi veras, perspicuas ac necessarias, vbi quemdam atheismi, cum dogmate coniuncti, non sine ratione adcusare velimus. Eorum atheorum scripta, ex quorum principiis conclusio, rite formata, fieri potest, non exsistere deum, omnino lucem adspexerunt. Referri huc possunt:

ANDR. CAESALPINI *quaestionum peripateticarum* libri v. Venet. MDLXXI. MDXCIII. 4. Geneu. MDLXXXVIII. fol. vna cum PHILIPPI MOCENICI *vniuersalium institutionum ad hominum perfectionem, quatenus industria parari potest, contemplationibus*, ac BERNARDINI TELESII *de rerum natura libris* IX. item Venet. MDCIV. 4.* De deo auctor ita differit, vt cum Aristotele quidem adcurate conue-

* vide BRVCKERI *histor. philosoph. critic. tom.* IV. *part.* I. p. 229. VOGTII *catalog. libror. rarior.* p. 161. 659. FREYTAGII *analect. de libris rarioribus* p. 175. BAVMGARTENII *nachrichten von merckwurdigen buchern, vol.* V. p. 420.

vanam, venit. In libro de *immenso et im*
principia tradit, ex quibus liquet, illum
aliud, quam ipsam naturam; aut essentiam
sam intellexisse. Re ipsa itaque cum Sp
Opusculum, quod italica lingua scripsit, *sp*
trionfante, ad omnem religionem ac cultu
dum comparatum est. Satira illud est,
cum enthusiasmo coniunctum, prodit. In
Parisiis, vt in titulo est; verius autem,
nonnulli suspicantur, Londin. MDLXXXIV
tationem anglicanam edidit *Io. Tolan*
MDCCXIII. 8. ***

* vide PARKERVM de *deo et prouidentia disput.* I.

** ita statuit BAELIVS *diction. histor. critic.* voce
VOSSIVM de *orig. et progress. idololatr. libr.*
BVDDEVM *thes. de atheism. et superstit. cap.*
MANNVM *histor. atheism.* p. 368. De Tau
eum scripsit, postea dicam.

*** Brunum atheis adnumerant: LA CROZE in
sujets d' histoire, p. 326. sqq. BVDDEVS *the*
superstitione cap. I. p. 113. REIMMANNVS *hist*

BENEDICT. SPINOZAE, principis inter recentiores atheos, qui ſingulari quidem iudicandi facultate præditus fuit; iſta autem per ſummam mentis prauitatem nefarie abuſus eſt: I.) *tractatus theologico-politicus, continens diſſertationes aliquot, quibus oſtenditur, libertatem philoſophandi non tantum ſalua pietate et reipublicæ pace poſſe concedi; ſed eamdem, niſi cum pace reipublicæ ipſaque pietate, tolli non poſſe*, Hamburg. vt titulus præfert; recte autem Amſtelodam. MDCLXX. 4. * quam libri huius editionem aliæ ſequutæ ſunt iisque additum eſt notiſſimum ſcriptum: *philoſophia ſcripturæ interpres*, ex perſuaſione, Spinozam eius auctorem eſſe. Ita *tractatus* iſte prodiit partim ſub falſis titulis, cum: *Franciſci Henriquez de Villacorta opera chirurgica omnia*, Amſtelodam. MDCLXXIII. 4. ** tum: *Heinſii operum hiſtoricorum collectio prima et ſecunda*, Lugdun. Batau. MDCLXXIII. 8. *** partim cura *Henrici Oldenburgii*, MDCLXXIV. 8. ſine mentione quidem loci; Angliam autem eſſe, vbi editio hæc lucem viderit, ſcriptores memorant. Eiusdem libri adornatæ ſunt verſiones. Belgica inſcriptionem præ ſe habet: *de rechtſinnige theologeant, of godsgeleerde ſtaatkundige verhandelinge, vyt het latyn vertaalt*, Hamburg. MDCXCIII. 4. ſuumque ortum habet a *Io. Henr. Glaſemakero.* * Gallica verſio, quam nonnulli *Lucæ*, medico hagienſi: ** alii *de St. Glain* *** tribuunt, titulo: *la clef du ſanctuaire par vn ſauant homme de notre ſiecle*, Lugd. Batau. MDCLXXVIII. 12. * cum indice atque adnotationibus quibusdam, quas ipſe Spinoza exemplo ſuo addiderat, inſcriptis: *remarques curieuſes et neceſſaires pour l' intelligence de ce liure*, prodiit et vt fucus fieret ac liber ſine periculo vendi atque emi poſſet, duobus aliis titulis inſignitus

* recenſetur liber hic in *den vnſchuldigen nachrichten*, 1708. p. 870. in *den nachrichten von einer halliſchen bibliothec*, *volum.* I. p. 58. FABRICII *hiſtor. bibliothec. part.* V. p. 61.

** vide HEVMANNI *ſchediaſm. de anonym. et pſeudonym.* p. 100.

*** conf. *biblioth. cyprianic.* p. 835.

* *nachrichten von einer halliſchen biblioth. volum.* VIII. p. 65. NICERONII *memoires des hommes illuſtres tom.* XIII. p. 48.

** REIMMANNVS *catalog. biblioth. theolog.* p. 1029.

*** DES MAIZEAVX *not. ad epiſtolas Bælii*

* REIMMANNVS *dicto loco* p. 1115.

ſignitus fuit. Alter eſt: *traité des ceremonies ſuperſtitieuſes des iuifs tant anciens; que modernes*, Amſtelodam. MDCLXXVIII. 12. * alter: *reflexions curieuſes d'vn eſprit des intereſſé ſur les matieres les plus importantes au ſalut, tant publics; que particuliers*, Amſtelod. MDCLXXVIII. 12. In ipſo libro hoc Spinoza ſpeciem quidem religionis ac pietatis præ ſe fert; nec aperte ſignificat ſententiam, quam de deo in mente clauſam habuit; vbi tamen cuncta attente expenduntur, haud obſcure patet, eum aliorum animos parare voluiſſe ad abſurdam atque impiam perſuaſionem, nullum exſiſtere deum: ** II.) *opera poſthuma*, ſine indicio loci, MDCLXXVII. 4. adiutore *Ludouico Meyero*, quemadmodum maxime probabile eſt, edita. *** Præter alia, complectuntur illa: *ethicam, ordine geometrico demonſtratam* atque *epiſtolas*, vna cum reſponſionibus ad illas, duo ingenii monimenta, ita compoſita, vt luculenter monſtrent, Spinozam non alium deum; niſi naturam, credidiſſe. Adparet hoc inprimis ex *ethica*, quæ iure titulum *ſyſtematis atheiſmi ſpinoziani* præferre poteſt. Scripſerat illam Spinoza ſermone belgico; poſtea autem latine conuertit atque ad mathematicorum ordinem adcommodauit. Prodiit

nomine LVCII ANTISTII CONSTANTIS de *iure ecclesiasticorum* exiit, Alethopol. MDCLXV. 8. omitto. Etsi enim a nonnullis illud Spinozæ adscribitur ac satis est impium inque religionem ac ministros sacrorum iuriosum; auctorem tamen eius nec Spinozam; nec, vt alii suspicantur, Ludov. Meyerum; nec Lamb. Velthuysium esse; sed VAN DEN HOOF, maxime credibile est ac testimonio, non contemnendo, nititur.* Nec est, quod *Cartesii principiorum philosophiæ partes duæ, more geometrico demonstratæ a* BENEDICTO DE SPINOZA, a *Ludou. Meyero* cum præfatione Amst. MDCLXIII. 4. editæ, addantur, quia prauis sententiis, quibus alii Spinozæ libri contaminati sunt, carent: **

*vide LEIBNITII *theodicec. part.* III. §. 374. p. 582. edit. Amstelod. MDCCXXVI. et adde THOMASIVM *histor. contentionis inter imperium et sacerdot.* p. 406. sq. *die nachrichten von einer hallischen bibliothec. vol.* III. p. 25. sq. FREYTAGII *analect. de libris rarior.* p. 268. LILIENTHALII *theolog. biblioth. tom.* I. p. 1085. atque alios apud VOGTIVM *catalog. libror. rarior.* p. 214.

